


I

Atque hiemes afferre tuas soli quod vagari
Concessum per utrosque polos hic queritur ortus
Illic fontis aque late tibi gurgite rupto
Ambitur nigris meroe fecunda colonis
Leta comis ebeni habent que quamvis arbor multa
Linea tam rectum mundi ferit ille leonem
Inde plagas phebi dampnum non passus aquarum
Prevehitur steriles quod dum metaris arenas
Nunc radio vires omnes collectus in amnem
Nunc vagus et spargens facilem tibi cedere rippam
Rursus multifidas revocat piger alveus undas
Qua dirimunt nostrum rubro commercia ponto
Mollis lapsus agit quis te tam lene fluentem
Moturum tantas violenti gurgitis iras
Nile petat putet sed cum lapsus abrupta viarum
Excepere tuos et precipites cathareete
At nusquam veteris ullas obsistere cautas
Indignaris aquis spuma tunc astra lacessis
Ast ego si phas est tanta michi soluere litem
Cuncta fremunt undis at multo murmure montis
Spumeus invictis albescit fluctibus amnis
Hinc abaton quam nostra vocat veneranda vetustas
Terra potens primos sensit percussa tumultus
Et scopuli placuit fluvii quos dicere venas
Quod manifesta novi primum dant signa timoris
Hinc montes natura vagis circumdedit undis
Qui libie te nile tegant quos inter in alta
It convalle tacens iam mollibus unda receptis
Prima tibi campos permittit apta quod memphis
Rura modumque vetat crescendi ponere rippas
Sic velut in tuta securi pace trahebant
Noctis iter medie sed non vesana photini
Mens imbuta semel tam sacra cede vacabat
A scelerum motu magno nil ille perempto
Iam putat esse nephas habitant sub pectore manes
Ultrices que umbre dant in nova monstra furorem
Dignatur viles isto quoque sanguine dextras
Quo fortuna parat victos perfundere patres
Pena que civilis belli et vindicta senatus
Pena data est famulo procul hoc avertite fata

Sol rapit atque unde plagis quod descendit aer
Deuluit hoc noctes referunt nylo quod refundunt
Ast ego si phas est tantam solvere litem
Quasdam cesar aquas post mundi sera peracti
Secula concussis terrarum erumpere venis
Non id agente deo quasdam compage sub ipsa
Cum toto cepisse reor quas ille creator
Atque opifex rerum certo sub iure coheret
Que tibi noscendi nyli romane cupido est
Et phariis persis quod fuit macedum quod tyrannis
Nulla quod non etas voluit conferre futuris
Noticiam sed vincit adhuc natura latendi
Summus alexander regum que memphis adorat
Invidit nylo misit quod per ultima terre
Ethiopum lectos illos rubicunda perusti
Zona poli tenuit nylum videre calentem
Venit ad occasus mundi quod extrema sesostris
Et pharios currus regum cervicibus egit
Ante tamen vestros amnes rodanum quod padum quod
Quam nylum de fonte bibit vesanus in ortus
Cambyses longi populos pervenit ad evi
Defectus quod epulis et pastus cede suorum
Ignoto te nyle redit non fabula mendax
Ausa loqui de fonte tuo ubicumque videris
Quereris et nulli contingit gloria genti
Ut nylo sit leta suo tua flumina prodam
Qua deus undarum celator nyle tuarum
Te michi nosse dedit medio consurgis ab axe
Ausus in ardentem ripas attollere cancrum
In boream is rectus aquis medium quod bootem
Cursus in occasus flexu torquetur et ortus
Nunc arabum populis libicis nunc equus arenis
Te quod vident primi querunt tamen hii quoque seres
Ethiopum quod feris alienis gurgite campos
Et te terrarum nesciat cui debeat orbis
Archanum natura caput non prodidit ulli
Nec licuit populis parvum te nyle videre
Amovit quod sinus et gentes maluit ortus
Mirari quam nosse tuos consurgere in ipsis
Ius tibi solsticiis aliena crescere bruma

michi Saluum Domine ne in ira tua arguas
me neque infurore tuo corripias me miserere
michi do mine quoniam infirmus sum
Timor et tremor venerunt super me et contexerunt
me tenebre et dixi miserere Deus qui sedes sup
thronum et iudicas equitatem esto refugium paupe
rum in tribulacione Quia tu solus laborem
et dolorem consideras Tibi enim derelictus est
pauper pupillo tu eris ad iutor Quia A dextris
est michi dominus ne commouear Propter hoc

dilatum est cor meum et exultavit lingua mea

Conserva me domine quoniam speravi inte dixi

dominus deus meus es tu ps Bonorum meorum

non indiges inte speravi conserva me domine Canticum

Inclina domine aurem tuam michi et exaudi verba

mea exaudi Diligam te domine virtus mea Diliga

Notas michi fecisti domine vias vite ad im

plebis me leticia cum vultu tuo delectationes in dex

tera tua usque in finem Conserva me Delecta

Diligam te domine virtus mea dominus firmamen

Johannes Gerson, Parisiensis cancellarius: Bonaventura vero meo iudicio inter catholicos doctores videtur
eminens et securissimus ad illuminandum intellectum et inflammandum affectum. Cuius opuscula duo,
scilicet Itinerarium et Breviloquium, tanta sunt arte compendii divinitus composita ut supra ipsa nichil
in scriptis precedentium doctorum [illegible]. Breviloquium namque procedit a primo principio
quod est Deus usque ad alias creaturas sub debito ordine et serie. Aliud vero progreditur a creaturis
ad creatorem per sex gradus scalares usque ad [illegible] excessum. Quamvis licet sint difficiles
lectoris et novicii, debent tamen omnes [illegible] ad illos aspirare. Habet ipsa theologia talis mystica
que est [illegible] [illegible] et [illegible] super theologiam scolasticam [illegible] secura et utilissima
abscondita a sapientibus in oculis suis, nota parvulis etc.
Deficiet tempus [illegible] in [illegible] [illegible] a [illegible] et [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] legendo, sepe ruminando et usque ad [illegible]
et [illegible], sicut [illegible] ad ipsum [illegible] ad [illegible] ad [illegible] corporis.
Quanto et repetiti semper michi novum sit et placet, sicut de Flacco: decies repetita placebit etc.

1023

b 2

Flecto genua mea ad patrem domini nostri
Jhesu christi · ex quo omnis paternitas
in celo et in terra nominatur · ut
det vobis secundum divicias glorie sue virtute
corroborari per spiritum eius in interiorem
hominem · habitare christum per fidem in
cordibus vestris · In caritate radicati et
fundati · ut possitis comprehendere cum omnibus
sanctis que sit latitudo · longitudo · sublimi-
tas · et profundum · Scire eciam supereminentem
sciencie caritatem christi · ut impleamini in omnem
plenitudinem dei · / Magnus doctor gencium
et predicator veritatis divino repletus spiritu
tamquam vas electum et sanctificatum In hoc verbo
aperit sacre scripture que theologia dicitur ·
Ortum · Progressum · et Statum · Insinuans
ortum scripture attendi secundum influenciam
beatissime trinitatis / Progressum autem secundum
exigenciam humane capacitatis · Statum vero
sive fructum secundum habundanciam superplenissime
felicitatis · Ortus namque non est per humanam
investigacionem sed per divinam revelacionem · Ortus
que fluit a patre luminum · ex quo omnis
paternitas in celo et in terra nominatur ·
A quo per filium eius christum Jhesum manat
in nos spiritus sanctus · et per spiritum sanctum dividentem
et distribuentem dona singulis sicut vult
datur fides · et per fidem habitat christus in cordibus
nostris · hec est noticia Jhesu christi · ex qua
originaliter manat firmitas et intelligencia
tocius sacre scripture · Unde et impossibile est ·

quod aliquis in ipsam ingrediatur cognoscendam nisi
prius fidem habeat Christi sibi infusam tanquam
totius scripture lucernam et ianuam et eciam
fundamentum / Est enim ipsa fides omnium super-
naturalium illuminacionum quamdiu peregrinamur a domino et
fundamentum stabiliens et lucerna dirigens et
ianua introducens. Secundum enim eius mensuram
necesse est eciam mensurari sapienciam nobis divinitus
datam. Ne quis sapiat plus quam oportet sapere
sed ad sobrietatem Et unicuique sicut deus divisit
mensuram fidei. Mediante igitur hac fide
datur nobis noticia sacre scripture secundum sufficienciam
trinitatis beate iuxta quod expresse insinuat
Apostolus in prima parte auctoritatis prius inducte.

Progressus — Progressus autem sacre scripture non est coartatum
ad leges raciocinacionum / diffinicionum et divisionum
iuxta morem aliarum scienciarum Et non est coartatus
ad partem universitatis sed pocius cum secundum
lumen supernaturale procedat ad dandam homini
viatori noticiam rerum sufficientem secundum quod
expedit ad salutem. partim per plana verba
partim per mistica. describit totius universi
constructuram quasi in quadam summa in quo
attenditur latitudo. describit decursum in quo
attenditur longitudo. describit excellenciam finaliter
salvandorum in quo attenditur sublimitas.
describit miseriam dampnatorum in quo profunditas
consistit. Non solum ipsius universi verum eciam divini
iudicii et sic describit totum universum quantum
expedit de ipso habere noticiam ad salutem
secundum ipsius latitudinem. longitudinem altitudinem
et profundum. Habet eciam et ipsa in suo
processu hec quatuor secundum quod posterius declaratur

Anima sic exigebat condicio capacitatis humane
que magna et multa nata est magnifice et
multipliciter capere tamquam speculum quoddam nobilissimum
in quo nata est describi non solum naturaliter
verum etiam supernaturaliter rerum universitas
ut sic processus sacre scripture attendatur secundum
exigenciam capacitatis humane. Status vero Status
sive fructus scripture non est quicumque sed plenitudo
eterne felicitatis / Nam hec est scriptura in qua sunt
verba vite eterne / que ideo scripta est non solum
ut credamus / verum etiam ut vitam possideamus eternam
In qua quidem videbimus amabimus et universaliter nostra
desideria implebuntur / quibus impletis vere tunc sciemus
supereminentem scientie caritatem et ita impleti erimus
in omnem plenitudinem dei. Ad quam quidem plenitudinem
conatur nos introducere scriptura iuxta predictam sententiam
apostoli veritatem. Hoc igitur fine hac intencione
sacra scriptura perscrutanda est docenda et etiam
audienda. Et ut ad istum fructum et terminum recto
perveniamus progressu per viam rectam itineris scripturarum
Inchoandum est ab exordio hoc est ut cum mera fide
ad patrem luminum accedamus flectendo genua cordis
nostri ut ipse per filium suum in spiritu sancto det nobis
veram noticiam Ihesu Christi et cum noticia amorem ipsius
ut sic ipsum cognoscentes et amantes et tamquam in fide
solidati et in caritate radicati possimus ipsius scripture
nosse latitudinem · longitudinem · altitudinem · et profundum ·
et per hanc noticiam pervenire ad plenissimam noticiam
et excessivum amorem beatissime trinitatis quo sanctorum
desideria tendunt. In quo est status et complementum omnis
veri et boni.

Hiis igitur sacre scripture fine capito et intento et
principio auditis simul et inventis videndus
est progressus quantum ad ipsius latitudinem.

4.

Longitudine(m) sublimitatem et profundu(m) sec(und)u(m)
viam et ordinem Ap(osto)li docuerit. Consistit
aut(em) s(cri)p(tur)e Latitudo in multitudine suar(um) p(ar)tiu(m).
Longitudo v(er)o in descripc(i)o(n)e t(em)p(or)u(m) et etatu(m)
Altitudo in descripcione yerarchiar(um) g(ra)datim
ordinatar(um). Profunditas in multitudine Mysticor(um)

·Latitudo

sensuu(m) et intelligenciar(um). Si ig(itu)r volum(us)
latitudine(m) sacre s(crip)t(u)re speculari p(ri)ma fronte
occurrit nobis scriptura secanda in duo testamenta
sc(ilicet) in Vetus et in Novu(m). Vetus aut(em) occurrit
in multitudi(n)e Librorum. Habet e(ni)m libros Legales
hystoriales Sapienciales et p(ro)pheticales. Item
p(rim)i q(ui)nq(ue) sunt, secundi decem, tercii q(ui)nq(ue) et
q(ua)rti sunt sex (De p(ro)ph(et)is in universo viginti sex)
Novu(m) simil(ite)r testamentu(m) habet libros hys corresp(on)
dentes sec(und)u(m) q(ua)druplicem formam. Na(m) legalibus
correspondent libri Ewa(n)g(e)l(io)r(um) hystorialibus Actus
Ap(osto)lor(um). Sapi(enti)alibus Ep(isto)le ap(osto)lor(um) et maxi(m)e
Pauli. P(ro)phetalib(us) respondet liber Apoka
lypsis. Et sic mira est conformitas inter
Vetus et Novu(m) no(n) solu(m) in [illegible]
sensuu(m) v(er)u(m) et(iam) in q(ua)driformit(at)e partiu(m).
In cui(us) signu(m) et configuracio(n)e(m) vidit Ezechiel
rothas q(ua)tuor facier(um) et rotam in medio rote
quia Vetus est in Novo et econv(er)so. Et
in libris legalibus et Ewangeliis est
facies Leonis p(ro)pt(er) excellencia(m) auct(ori)t(at)is.
In hystorialibus est facies bovis p(ro)pter
exempla virtutis. In Sapi(enti)alibus est facies
hominis p(ro)pter sapi(enci)e sagacitatem. In libris p(ro)ph(et)alib(us)
est facies Aquile p(ro)pter intelligencie p(er)spicacitatem.
Recte aut(em) sacra scriptura dividit(ur) in Vetus
et in Novu(m) testa(men)tum et no(n) Theorica(m) et Practica(m)

sicut philosophia / quia enim scriptura fundatur proprie super cognicionem
fidei / que virtus est et fundamentum morum et
iusticie et tocius recte vite / non potest in ea separari
notitia rerum sive credendorum a notitia morum.
Secus autem est de philosophia que non tantum de veritate
morum verum etiam de vero nuda speculative considerat.
Quia igitur sacra scriptura est notitia movens ad
bonum et revocans a malo / et hoc est per
timorem et amorem ideo dividitur in duo testamenta
quorum brevis differentia est timor et amor.
Et quia quadruplex est per quibus moveri ad bonum
et revocari a malo / scilicet per precepta potentissime
maiestatis / vel per documenta sapientissime veritatis
vel per exempla et beneficia innocentissime bonitatis
vel ex omnibus hiis simul collectis / ideo tam in
novo quam in veteri sunt conformiter quadruplices libri
continentes sacram scripturam secundum convenientiam ad quatuor
premissa. Nam libri legales movent per
precepta maiestatis omnipotentissime / hystoriales
per exempla bonitatis innocentissime / sapientiales
per documenta veritatis providentissime / prophetales
movent ex omnibus predictis aggregatim sicut
manifeste in eis apparet. Unde ipsi sunt quasi
rememoratiui tocius legalis sapientie et doctrine.
Est igitur sacra scriptura similis latissimo flumino
qui ex concursu multarum aquarum aggregatur magis
ac magis secundum quod longius decurrit. Nam enim
in scriptura primo libri legales. Post superveniunt
aqua sapientie hystorialium librorum / tercio vero supervenit
doctrina sapientissimi Salomonis. Post hec etiam doctrina
sanctorum prophetarum / et tandem doctrina evangelica conscripta
per apostolos promulgata addita cum doctrina quam
spiritus sanctus super eos veniens docuit nos per eos
Ut sic omnes veritatem per spiritum sanctum iuxta dominum promissum
edocti omnes utilitatis salutaris doctrine ecclesie traderent
docerent et sacram scripturam consummando notitia veritatis dilatarent.

Longitudo

Habet etiam hec scriptura Longitudinem
que consistit in descriptione tam temporis quam
etatum a principio scilicet mundi usque ad diem
Judicii. Describit autem per tria tempora mundi decursum
scilicet per tempus legis nature . legis scripte . et legis
gratie Et in hys tribus temporibus septem distinguuntur
etates prima quarum est ab Adam usque ad
Noe / Secunda a Noe usque ad Abraham / Tertia
ab Abraham usque ad David . Quarta a
David usque ad transmigrationem . Quinta a transmi-
gratione usque ad Christum . Sexta a Christo usque ad
finem mundi Septima decurrit cum sexta que
incipit a quiete Christi in sepulcro usque ad
Resurrectionem ultimam / qua incipiet Resurrectionis
Octava / et sic scriptura est longissima / quia
In tractatu incipit a mundi et temporis exordio
in principio Genesis . et pervenit usque ad finem mundi
et temporis scilicet in fine Apokalipsis . Recte autem
universum tempus quod decurrit secundum triplicem
legem scilicet Inditam . Datam operum et Infusam
decurrit per septem etates et consummatur in fine septime
ut sic mundi decursus respondeat co ordo
et Maioris mundi decursus correspondeat decursui
vite minoris mundi / scilicet hominis / propter quem factus est
Nam prima etas mundi in qua facta est ipsius
mundi formatio . casus demonum . et confirmatio Angelorum
respondet prime diei in qua facta est lux et
distincta a tenebris . Secunda autem que per
Archam et diluvium salvavit scilicet bonos et
delevit malos / respondet secunde diei in qua per firmamentum
facta est distinctio Aquarum ab Aquis Tertia
In qua vocatus est Abraham et Inchoata
Synagoga que fructificare et germinare debebat

prima etas mundi formatio mundi et casus demonum

Secunda etas facta est divisio aquarum per firmamentum

3a etas in qua apparuit arida

prolem ad dei cultum correspondet diei tercie in qua apparuit
terra et protulit herbam virentem / Quarta in qua 4a etas
viguit regnum et sacerdocium / qua David rex
amplificavit cultum divinum / correspondet diei quarte
In qua facta est formatio luminarium et stellarum.
Quinta In qua transmigrationis tempore plures multos 5ta etas
oppressi sunt et tribulati / correspondet diei quinte
In qua facta est formatio piscium ex aquis /
Sexta etas in qua natus est Christus in hominis
effigie qui est vera ymago dei correspondet sexte
diei in qua formatus est primus homo Septima
que est quies animarum non habens finem correspondet
septime diei in qua requievit deus ab omni opere
quod patraverat / Et sic distinguuntur hee septem etates
propter insignia et facta que fuerunt in earum exordiis
tamen que correspondent diebus formationis mundi /
Vocatur autem prima etas Infancia quia sicut infancia
tota oblivione deletur sic illa prima etas per diluvium
est absorpta Secunda puericia Sicut enim in puericia
primo loqui incipimus sic in secunda etate facta est distinctio
linguarum Tercia dicitur Adolescencia quia sicut tunc vis
generativa incipit in actum suum exire . sic tunc vocatus
est Abraham et data est ei circumcisio . et facta
est promissio de semine / Quarta dicitur Iuventus /
quia sicut in iuventute floret hominis etas . sic in
ista etate floruit sub regibus Synagoga . Quinta
Senectus quia sicut in senectute vires minuuntur
et decidit pulcritudo . Sic et in transmigracione fractum est
decus Iudeorum sacerdocium Sexta etas est Senium
quia sicut illa est que completur cum morte habens tamen
magnam lucem sapiencie Sic sexta etas mundi terminatur
cum die iudicii Sic igitur iste totus mundus ordinatissimo
decursu a scriptura describitur procedens a principio usque ad
finem Admodum cuiusdam pulcerrimi carminis ordinati.

vt sit quasi speculum secundum decursum temporis varietatem
et multiplicitatem et equitatem ordinem rectitudinem
et pulchritudinem multorum divinorum iudiciorum procedentium
a sapientia dei gubernante mundum. Unde sicut nullus
potest videre pulchritudinem carminis nisi aspectus
eius feratur super totum versum. Sic nullus videt
pulchritudinem ordinis et regiminis universi nisi eam
totam speculetur. Et quia nullus homo tam longevus
est quod totam possit videre oculis carnis sue. Nec
futura potest previdere. Providit nobis spiritus sanctus
Librum sacre scripture cuius longitudo concurrit secundum
decursum regiminis universi.

Sublimitas Habet nichilominus sacra scriptura in suo processu
sublimitatem que consistit in descriptione
yerarchiarum graduatim ordinatarum que sunt
yerarchia ecclesiastica angelica et divina seu
subcelestis celestis et supercelestis. Ita quod primam
describit patenter secundam aliqualiter magis
occulte et tertiam adhuc magis occulte. Et quod descriptio
ecclesiastice yerarchie est alta ideo descriptio angelice
altior. quod descriptio divine altissima. Ita ut possimus
dicere illud prophete Mirabilis facta est scientia tua
ex me confortata est et non potero ad eam. Et hoc
quidem satis recte. Nam cum res habeant esse in
materia habent esse in anima per notitiam acquisitam
habeant etiam esse in ea per gratiam habeant esse in ea
per gloriam et habeant esse in arte eterna. Philosophia quidem
agit de rebus ut sunt in natura seu in anima
secundum notitiam naturaliter insitam vel etiam acquisitam
sed theologia tanquam scientia supra fidem fundata
et per spiritum sanctum revelata agit de eis que spectant
ad gratiam et ad gloriam et etiam ad sapientiam eternam.
Unde ipsa substernens sibi philosophicam cognitionem

et assumet de naturis rerum quantum sibi est opus
ad fabricandum speculum per quod fiat speculatio
divinorum quasi scalam eriget que sui infimo tangit
terram sed in suo cacumine tangit celum et hoc
totum per illum unum yerarcham Ihesum Christum
qui non tantum ratione humane nature assumpte est
yerarcha in ecclesiastica yerarchia verum etiam in
angelica et in illa supercelesti yerarchia beatissime
trinitatis Ita quod per ipsum a summo capite deo descendit
unctionis gratia non solum in barbam verum etiam
in oram vestimenti quia non tantum in Ierusalem superna
verum etiam in ecclesia militante Est enim pulcritudo
magna in machina mundana sed longe maior
in ecclesiastica pulcritudine sanctorum carismatum
adornata Maxima autem in Ierusalem superna
supermaxima autem in illa trinitate summa et beatissima
Ideo ipsa scriptura non tantum altissimam habet
materiam per quam delectat et per quam in altum
levat intelligentiam mentis verum etiam ipsa est
venustissima et miro quodam modo intellectum inspicientis
delectat et sic magis et magis delectando assue-
facit ad divinorum spectaculorum yntuitus et
anagogicas.

Profundum.

Habet postremo ipsa scriptura profunditatem
que consistit in multiplicitate misticarum
intelligentiarum Nam preter litteralem sensum habet
in diversis locis exponi tripliciter scilicet allegorice
moraliter et anagogice. Est autem allegoria quando
per aliud manifestum indicatur aliud factum secundum quod
credendum est. Tropologia seu moralitas est quando
per id quod factum est datur intelligi aliud quod faciendum est
Anagogia quasi sursum ductio est quando datur intelligi
illud quod desiderandum est scilicet eterna felicitas beatorum
Recte autem hec triplex sensus debet esse in scriptura preter-

Intelligencia similem / quia sic competit ipsi scripture
subiecto ipsi auditori seu discipulo ipsius
Subiectum doctrini ipsius eciam fini / Subiecto namque competit
quia ipsa est doctrina que est de deo de Christo de
operibus reparacionis et de credibili / Subiectum enim illius
quo ad substanciam deus / quo ad veritatem Christus / quo
ad operacionem reparacionis opus / quo ad omnia hec
est ipsum credibile / Deus autem est trinus et unus
In essencia unus et in personis trinus Ideo scriptura
que est de ipso habet in unitate littere triformitatem
intelligencie / Christus eciam est verbum per quod omnia
per ipsum facta dicuntur et in ipso relucent Ita
quod eius scriptum est multiformis et vita opera
reparacionis cum sint multa omnia ad Christi oblacionem
principalem habent respectum Credibile ut credibile
huiusmodi relucet secundum diversum statum credencium) ideo
propter conformitatem ad omnem huiusmodi scriptura in una
littera multiformem parit intelligenciam / Competit
Auditor hoc eciam auditori / quia nullus est conveniens eius
auditor nisi humilis . mundus . fidelis . et studiosus
Ideo sub cortice littere apte occultatur . mysterium et
profunda intelligencia ad comprimendum superbiam . ut ipsius
profunditate in humilitate littere latente et superbi
comprimantur / et immundi repellantur / et fraudulenti
declinentur (vitentur) et negligentes excitentur ad intelligenciam
misteriorum Et quia auditor illius doctrine non est
unum genus sed omnis generis enim salvandos oportet
aliquid de hac doctrina scire Ideo ipsa multiformem
habet intelligenciam ut sic omnem intellectum capiat
omnem intellectum condescendat omnem intellectum
superexcedat et omnes intellectus sibi diligenter
intendentes multitudine radiositatis sue illuminet
Origo pariter et accendat / Competit eciam principio a quo

est quam est a deo per xpm et spm sctm loquentem
per ora prophetarum et aliorum qui hanc scripturam
vel doctrinam scripserunt. Verum autem de quo conventu
loquitur per verba unica per facta quam spiritus domini
fixe est, Et omnis creatura tamquam dei effectus
innuit suam causam Ideo in scriptura divina et verba
et res debet significare verba unica facta. Xpus
enim dicitur licet esse humilis in carne Altus autem
in deitate Ideo decebat xpm et eius doctrinam hic
humilitate in sermone cum profunditate sue ut sic
fuit pannicolis involutus sic super deus in scriptura
figuris quibusdam humilibus involvitur. Spiritus ergo
sanctus dupliciter illustrabat et revelaciones faciebat
in cordibus prophetarum Spiritus enim illius late ut intelligitis
et inspirans erat omnem deus veritatem Ideo competebat
eius doctrine ut in uno sermone multiplices laterent
intelligentie Et competit nihilominus respectu finis quia finis
scriptura data est ut per eam dirigatur homo
in cognoscendis et agendis ut tandem perveniat
ad optanda. Et quia omnes creature ad hanc
facte sunt ut serviant homini tendenti ad supernam
patriam Ideo scriptura assumit ipsas creaturas pro
diversis ut sic per illas doceat nos sapienter dirigere
nos ad eternam Et quia homo non dirigitur ad eternam
nisi cognita veritate agnoscit bonum credendum et operatum
faciat bonum operandum et affectum suppetit ad deum
videndum et amandum et perfruendum hinc est quod scriptura
sacra per spm sanctum data assumit libros creaturarum
referendo in finem secundum triplicem modum intelligendi
ut sic per tropologiam habemus rectum agendorum
velut per allegoriam credendorum veritatem per
anagogiam desiderandorum delectabilitatem Ut sic per puritatem
per virtuosa opera illuminati per radiosam fidem et
perfecti per ardentissimam caritatem perveniamus tandem ad
bravium felicitatis eterne :.

In tanta ergo multiformitate sacrae scripturae, quae continet in una
sacra scriptura latitudinem longitudinem altitudinem et
profundum unus modus communis procedendi authenticus
videlicet intra quem continetur modus narrativus praeceptorius
prohibitivus exhortativus praedicativus comminatorius promissivus
deprecatorius et laudativus et omnes hi modi sub uno
modo authentico reponuntur et hoc quidem satis recte.
Nam cum haec doctrina est ut boni fiamus et salvemur.
Et hoc non fit per nudam considerationem sed potius
per inclinationem voluntatis ideo scriptura sacra eo modo
debuit tradi quo possemus magis inclinari et quia
magis movetur affectus ad exempla quam ad argumenta
magis ad promissiones quam ad ratiocinationes magis
per devotiones quam diffinitiones ideo scriptura ista
non debuit habere modum diffinitivum divisivum et
collectivum ad probandum passiones aliquas de subiecto
ad modum aliarum scientiarum sed oportuit quod habeat modos
proprios secundum varias inclinationes animorum diversimode
animos inclinantes ut si quis non movetur ad
praecepta et prohibita saltem moveatur per exempla narrata
Si quis non movetur per haec moveatur per beneficia sibi
ostensa. Si quis nec per haec movetur moveatur per
monitiones sagaces per promissiones veraces per
comminationes terribiles ut sic saltem excitetur ad
devotionem et laudem dei in qua recipiat gratiam
per quam dirigatur ad opera virtuosa. Cum igitur
hi modi narrativi non possunt fieri per certitudinem rationis
quia particularia gesta probari non possunt ideo
scriptura ista ne cum dubia vacillet ac per hoc
minus moveat loco certitudinis rationis providit
deus huic scripturae certitudinem auctoritatis quae adeo
magna est quod omnem perspicacitatem humani ingenii
superexcellit. Et quia non est talis auctoritas eius qui
potest fallere et falli, nullus autem qui falli non possit
et fallere nesciat nisi deus et spiritus sanctus.

ad hoc quod
Hinc est quod scriptura sacra modo sibi debito esset
autenticata perfecte quia non per humanam investigacionem
est inventa sed per revelacionem divinam. Ideo nichil in
ipsa contrarium invenitur tanquam inutile. Nichil superfluum
tanquam superfluum nichil reprobandum tanquam iniquum. Pro eo
quod sponsus scilicet eius auctor perfectissimus nichil potuit
dicere superfluum. Nichil superfluum nichil diminutum.
Scriptura Celum et terra transibunt verba sacre scripture
non preteribunt quamvis impleantur. Donec enim celum et terra
transeat iota unum aut unus apex non preteribit a
lege donec omnia fiant, Salvatoris testimonio. Nam
ergo solvit ea que scriptura docet et docuerit hic magnus
vocabitur in regno
celorum.

Quemadmodum autem hec scriptura
specialem habet modum procedendi.
Sic unusquisque suum procedendi modum
Sed et suo modo debet intelligi et exponi. Cum
enim ipsa multiplicem sub una littera tegat
intelligenciam, expositor debet absconditum producere
in lucem et illam educere manifestius per aliam
scripturam magis patentem. Sicut dicit exponens
3 Rti illud Psalmi. Apprehende arma et scutum et
exurge in adiutorium michi. Et vocem exponens
que sunt arma dicit Deum quod Eius virtus
et bona voluntas. Et quod ista sit plana per psalmo quarto
scripturam apertam. Nam et alibi scribitur: Scuto
bone voluntatis tue coronasti nos. Et in nonagesimo: Scuto circumdabit
te veritas eius. Ad quod non potest quis
de facili pertingere nisi per assuefactionem lectionis
textus et litteram Biblie commendet memorie.
Alioquin in exposicione scripturarum numquam poterit
esse peritus. Unde sicut qui dedignantur prima
addiscere elementa ex quibus dictiones integrantur
numquam possunt nosse verbi dictionum formam. Nec recta
legere constructionem. Sic qui litteram sacre scripture
spernunt ad spiritales eius intelligencias numquam assurgent.

Attendat autem expositor quod non ubique requirenda
est allegoria nec omnia sunt mistice exponenda
Tercio notandum quod scriptura sacra habet partes
Una est in qua secundum litteram agit de iniciis
nature et per illa fit (creationis) reparacionis nostre sicut apparet
in descriptione formacionis mundi. Alia est in qua
agit de actibus et processibus illorum scilicet litteraliter
et per illos fit reparatio generis humani. Tercia est
in qua iudicis verbis fit et exprimuntur que
pertinent ad nostram salutem quantum ad fidem et
mores. Quarta est in qua pronunciat nostre
salutis misterium partim verbis iudicis partim
enigmaticis et obscuris et propter doctrinam in hiis
locis variis non est uniformiter exponenda.
Debet autem expositor dirigi in expositione sa-
cre scripture secundum triplicem regulam que traditur
per doctorem venerabilem Augustinum in libro de doctrina christiana.
Prima hec est. Ubicumque in hac scriptura sacra
verborum significacio fit in res creaturas sive
singulares actus hominis generacionibus pertinentes res
significat per verba primo significata, deinde nostre
reparacionis misteria. Ubi vero prima significacio verborum
exprimunt fidem sive caritatem, ibi nulla est
allegoria querenda. Ubi verba huius
Secunda regula est ista. Scripture sunt res
creationis aut conversacionis populi scilicet litteraliter. Ubi autem
in alio scripture loco quid quarum res significant deinde
significationem suam clarat per verba ibi significancia
fidem veritatem vel morum castitatem ut patet
Sicut dicitur. Oves pariunt gemellos fetus.
Ostendat quod oves significant ubi homines et gemini
fetus geminam caritatem. Quando aliqua
Tercia regula est ista. Scriptura habet aliquando
intellectum litteralem et spiritualem. Debet discernere
expositor utrum illa attribucio conveniat historice

aut spiritualiter sic intelligitur. Si forte utrumque non potest convenire
et si utrumque competit et litteraliter et spiritualiter
debet affirmari. Si vero altero modo tantum et spiritualiter solum
debet intelligi. Sicut sunt sabbatum legis cerimonie preceptum
sacrificium circumcisio possessio terre etiam et partus
distinctiones et cetera que omnia ad spiritualem
sensum referenda sunt. Ad hoc autem quod per
sacre scripture per sensum quibus fertur intendendo
et exponendo intendat opus est ut prius noverit
ipsius sacre scripture veritatem per verba complicatam
scilicet ut attendat quod scriptura describit totum
progressum et consummatum duplicis corporis
quasi ex opposito se respicientium bonorum scilicet qui
semper se humiliant ut exaltentur semper et utiliter et
in futuro et malorum qui hic se exaltant et eternaliter
deprimuntur. Alioquin ipsa agit de toto universo
quantum ad summum et imum primum et ultimum et quantum ad
decursum intermedium sub forma cuiusdam intelligibilis
in qua describitur habetur et quodammodo videri lumine
mentis tota machina universa. Ad cuius quidem
intelligentiam oportet nosse rerum principium deum
ipsarum rerum creacionem lapsum redemptionem per sanguinem
reformacionem per graciam curacionem per sacramenta et tandem
retribucionem per penam et gloriam sempiternam de quibus omnibus hic habetur
Et quia hec doctrina tam in scripturis sanctorum
quam eciam doctorum sic diffuse tradita est
ut accedentes ad scripturam sacram audiendam
non possint per longa tempora videre nec audire
propter quod eciam novi theologi frequenter ipsam sacram
scripturam exhorrent tanquam incertam et inordinatam
et tanquam quandam silvam opacam. Rogatus a
sociis ut de paupertatula scienciole nostre aliquid
breve in summa dicerem de veritate theologie
eorum precibus devictus assensi Breviloquium
quoddam facere in quo summatim non omnia sed aliqua

Magis oportuna ad tenendum breviter tangentur
Addeus sunt tamen hic communiter aliqua ad intelligendum
secundum quod occurrebat pro tempore. Cum ergo Theologia
est sermo de deo et de primo principio utpote que ipsa
tamquam scientia et doctrina altissima omnia resolvit
in deum tamquam in primum principium et summum. Ideo
et in assignatione causarum in omnibus que in toto
hoc Opusculo vel Tractatulo continentur tamquam
sinu causarum sumere a primo principio ut sic ostendam
veritatem sacre scripture esse a deo de deo et
secundum deum et propter deum ut in eo ista sua
appareat verum esse et evidenter et Theologica
eo tanto intemerata. Si quid ergo imperfectum
vel obscurum vel superfluum vel minus rectum
ibi fuit venia occupationum et brevitati temporis
et parvitati scientie condonetur. Si quid vero rectum
soli deo honor et gloria deferatur. Ut autem
sequentia clarius eluceant sericis titulis pretitulantes
et exemplis prosequentes curam ad facilitatem memorie
et lucidiorem contentum dictorum que septem partibus
et septuaginta duobus capitulis distinguuntur

Prima pars est de Trinitate dei. et habet capitula .XX. et sunt hec.

Primum est de illis septem de quibus est theologia in summa
Secundum Quid tenendum de trinitate personarum et unitate essentie
Tercium de constantia fidei et intelligentia sana
Quartum de constantia fidei expressione auctoritatum
Quintum de unitate divine nature in multiplicitate apparentium
Sextum de unitate divine nature in multiplicitate apparitionis
Septimum de Omnipotentia
Octavum de dei sapientia Predestinatione et prescientia
Nonum de voluntate dei et providentia

In principio intelligendum est quod sacra doctrina scilicet
Theologia que principaliter agit de primo principio scilicet
de deo trino et uno in summa agit de septem scilicet
De Trinitate dei
De Creatura mundi
De Corruptela peccati
De Incarnatione Verbi
De Gratia spiritus sancti
De Medicina sacramentali et
De Statu finalis Iudicij

Ratio autem huius veritatis
hec est quia sacra scriptura
sive Theologia
est scientia dans sufficientem
notitiam de primo principio
secundum statum vie
iuxta quod expedit
ad salutem. Deus
non tantum est principium et exemplar effectivum
in creatione sed refectivum in redemptione et
perfectivum in retributione. Ideo non tantum agit de deo
creatore sed etiam de creatione et creatura.
Et quia creatura rationalis que est quodam modo finis
omnium non stetit sed sua culpa reparari indiguit.
Ideo agit de Corruptela peccati. Medico gratie sanitate
Medicina sacramentali et tandem de Curatione perfecta que
erit in gloria impijs in pena proiectis. Ideo quia
Ipsa sola est scientia perfecta que incipit a primo
quod est primum principium et pervenit ad ultimum quod est
premium eternum. Incipit a summo quod est deus
altissimus creator omnium et pervenit ad ultimum
quod est Infernale supplicium. Ipsa etiam est sola
sapientia perfecta que incipit a Causa summa ut est
principium creatorum ubi terminatur cognitio philosophica et
transit per eam ut est remedium peccatorum et reducit in
eam ut est premium meritorum et finis desideriorum.
Et in hac cognitione est sapor perfectus vita et
salus animarum. Ac per hoc ad eam addiscendam
inflammari debet desiderium omnium christianorum.
Ex hijs patet quod licet Theologia de tot sit et
tam varijs est tamen scientia una cuius subiectum ut quo
omnia est deus ut per quod omnia Christus ut ad

quod omnia opus reparationis ut cum quod omnia
vinculum caritatis vinculo quo celestia et terrestria
connectuntur ut de quo omnia in libris canonicis
comprehensa credibile ut credibile ut de quo omnia
in libris expositorum credibile ut intelligibile
secundum Augustinum de utilitate credendi. Quoniam
quod credimus debemus auctoritati et quod intelligimus
rationi.

Primo ergo de trinitate dei tria consideranda
sunt scilicet equalitas unitatis substantie et nature sic
stent cum pluralitate personarum. Secundo equalitas
cum pluralitate apparitionum. Tertio equalitas
cum pluralitate appropriatorum. De pluralitate ergo
personarum in unitate nature hec dictat recta fides
credendum esse scilicet quod in unitate nature tres sunt persone
pater. filius. et spiritus sanctus. quarum prima est a nulla.
secunda per generationem a sola prima. tertia per spirationem
sive processionem est a prima et secunda. Ita quod trinitas
personarum non excludit ab essentia divina summam
unitatem. simplicitatem. immensitatem. eternitatem
et immutabilitatem. necessitatem. et etiam primitatem.
quin potius includit summam fecunditatem caritatem
liberalitatem. equalitatem. germanitatem. conformitatem
inseparabilitatem. que omnia fides pia intelligit
esse in beata trinitate. Ratio autem huius veritatis
est hec. fides cum sit principium cultus dei et
fundamentum eius que secundum pietatem est doctrine
dictat de deo sentiendum esse altissime et piissime.
Non autem sentiret quis de deo altissime si non crederet quod deus
posset se summe communicare. Non sentiret piissime
si crederet quod posset sed nollet. Et ideo ut
altissime et piissime sentiat dicit deum se
summe communicare eternaliter habendo dilectum et
condilectum. Ut patet per hec deum unum et trinum

Hinc autem fidei nostre dictat de deo esse piissime
sentiendum attestatur tota sacra scriptura que dicitur
secundum pietatem doctrina quia deum fatetur habere
prolem quam summe diligit verbum sibi coequale
quod aeternus genuit in quo cuncta disposuit
per quod cuncta produxit et regit per quod etiam
carnem factum per summa benignitate homines
redemit preciosissimo eius sanguine redemptum
quem liberavit per quod etiam in fine mundi summam
misericordiam impartiendo ab omni miseria liberabit
ut per Christum omnes electi sint filii summi patris
In quo etiam omnis pietatis consummatio et dei
ad nos et Christus. Insuper autem fides de deo
dictat sentiendum altissime. Non tamen attestatur ei
sacra scriptura verum etiam omnis creatura. Unde quod dicit
Augustinus XV de trinitate capitulo 2. Nam cum divinorum
librorum tam de creatore deum esse predicant sed
omnis que nos circumstat ad quam etiam nos pertinemus
universa ipsa rerum natura proclamat se habere
prestantissimum conditorem qui nobis mentem
rationemque dedit qua videant non videntibus esse
preferenda non sentientibus intelligentia non intelligentibus
immortalia mortalibus impotentibus potentia iniustis
iusta deformibus speciosa malis bona
incorruptibilia corruptibilibus immutabilia mutabilibus
invisibilia visibilibus incorporalia corporalibus
beata miseris preferenda iudicemus. Ac per hoc
quoniam rebus creatis creatorem sine dubitatione
preponimus oportet deum summe vivere et cuncta
sentire et intelligere credamus et mori et corrumpi
mutarique non posse nec corpus esse sed spiritum
omnipotentissimum iustissimum speciosissimum optimum
beatissimum quem fateamur. Et tamen in hiis XII
includitur altissime nobilitas sed post ut ipse

ostendit hec xii possunt ad tria reduci scilicet virtutem
sapientiam et beatitudinem. Et hec tria ad unum scilicet ad sapientiam
in qua includuntur Mens generans Verbum nascens
et amor utriusque nectens in quibus fides dictat
beatissimam consistere trinitatem Et quoniam summa sapientia
ponit trinitatem ponit etiam Richardus omnes
prius habitas nobilissimas conditiones vz. unitatem
simplicitatem et ceteras consequentes Necesse omnes predictas
nobilitates divini esse simul stare cum beatissima trinitate

3. Ad cuius autem fidei intelligentiam sancta dant
doctores doctrinam quod in divinis due sunt emanationes
tres ypostases / quatuor relationes / quinque notiones
et plus tamen tres proprietates personales / Primo autem ad
intelligentiam predictorum hec est doctrina Quoniam et
summum principium hoc ipso quod primum sit simplicissimum et
hoc ipso quod summum sit perfectissimum Ideo perfecte se
communicat quia perfectissimum / et indistincte omnimode
fluat / hoc ipso quod simplicissimum / Et ideo salva
unitate nature sunt ibi modi emanandi perfecte /
Modi autem perfecte emanandi sunt duo tantum scilicet per
modum nature et voluntatis Primus est generatio / Secundus
spiratio sive processio Et ideo hii sunt ibi. /
Et quoniam vero duobus emanationibus substantibus existentibus
necesse est emanare duas ypostases Necesse est
ponere ypostasim primo producentem ab alio non emanare
ne sit processus in infinitum abire Ideo sunt ibi tres
ypostases Et quoniam in tali emanatione reperitur habitudo
relativa duplex Ideo sunt ibi quatuor relationes
scilicet paternitas filiatio spiratio et processio ./
Et quoniam vero per has habitudines innotescunt
nobis due ypostases Et praeter hoc etiam ypostasis
illa in qua est ratio principiandi innotescit / quia
non producitur Nam hoc est nobilitatis in ipsa.
Ideo quinque sunt notiones scilicet quatuor relationes /

predicte cum innascibilitate. Et quelibet persona habet
unam proprietatem per quam proprie innotescat. Ideo tres
tantum sunt proprietates personales que hiis nominibus
exprimuntur proprie et proprie scilicet pater filius et spiritus sanctus.
Cum enim patri sit proprium esse innascibilem sive
ingenitum Esse principium non de principio / esse primum
Innascibilitas notificat ipsam per modum negacionis.
Et consequenter per modum posicionis / quia innascibilitas
in patre ponit plenitudinem fontalem / principium
non de principio per modum posicionis cum negacione
Esse patrem per modum posicionis et habitudinis proprie
et complete et determinate. Similiter cum filius sit
ymago / verbum / et filius / Ymago nominat illam
personam ut similitudinem expressam / verbum ut
similitudinem expressivam / filius ut similitudinem ypostaticam.
Rursum ymago nominat ut similitudinem
conformem / verbum ut similitudinem intellectualem
filius ut similitudinem connaturalem. Per hunc modum
cum proprium sit spiritus sancti esse donum esse nexum
seu caritatem amborum. Esse et spiritum sanctum / donum
nominat ut datum voluntarium Nexus sive Caritas
ut datum voluntarium et principium Spiritus sanctus
ut datum voluntarium proprium et ypostaticum
hinc est quod per ista tria nomina que sunt pater filius
et spiritus sanctus trium personarum proprietates personales
insinuantur. Hec igitur tradita sunt ad fidem
trinitatis intelligenciam sanam:

Ad huius autem fidei expressionem catholicam tenendum
est secundum sanctorum doctorum doctrinam quod in divinis
sunt duo modi predicandi scilicet per modum substancie
et Relacionis. Tres modi supponendi scilicet Essencie persone
et Notionis. Quatuor modi verborum significandi scilicet.

Nomine essencie / Vbi / persone sive ypostasis /
Nunc quomodo dicendi sit scilicet Deus / cum / que / quid /
et quod / Et huiusmodi differendi sit secundum
differentem modum considerandi / Secundum differentem modum
significandi / Et secundum differentem modum intelligendi /
Pro quo ad intelligendum predictorum hoc est / Cum
enim summum principium sit perfectissimum simul et simplicissimum /
omnia que perfectionis sunt de ipso dicuntur proprie et vere /
alia autem imperfectionis sunt sic dicuntur / secundum assumpcionem
humane rationis dicuntur vel translatiue Cum igitur
sic sit predicandum / scilicet Vbi / quantitatis / Relationis / qualitatis
Actionis / passionis / vbi / quando / Situs et habere / Et quicquid
aliud proprie pertinet ad corporalia sicut mutabilia /
Et sicut non attribuuntur deo nisi transsumptiue modo siue
figuratiue / Alia vero que predicantur de eo attribuuntur
secundum id quod completionem dicunt Illud quod
diuinam simplicitatem non impedit / Omnia ergo
predicamenta / sicut essentiam quod est illud de quo
predicantur / Et iterum per comparationem ad subiectum in quo
sunt omnia dicuntur transire in substantiam / relatione
excepta / Illa enim duplicem habent
comparationem scilicet ad substantiam in quo sunt ~~omnia dicuntur~~
~~transire in substantiam~~ et ad terminum ad quem per modum
transit nec facit compositionem vt cum dicitur pater paternitas
Sed secundum eo manet vt faciat distinctionem / Et hinc est
quod alia conuertunt vnitatem et relatio multiplicant trinitatem
Idcirco manet vbi hij duo modi tam predicandi
difficiles de quibus dicitur Illud notandum /
Que dicuntur secundum substantiam de omnibus dicuntur
et singillatim et simul et singulariter / que vero
secundum Relationem aut de omnibus dicuntur / aut si
de pluribus pluraliter vt relati distincti simul
equales propter relationem intrinsecam / Et quia plures
sunt ibi relationes in vna persona sicut sunt plures
persone in vna natura / Ideo distinctio in Ratione
non infert diuersitatem persone / Nec distinctio persone

Vt vnitas essencie dicitur de tribus personis

plurificarum re. Et propterea non quicquid convenit essencie
convenit notioni vel persone nec econverso / Et hinc est quod
sunt ibi tres modi supponendi de quibus dant communiter
regulam talem. Supposita essencia non supponitur notio
nec persona / Et supposita notione non supponitur essencia
nec persona / Et supposita persona non supponitur essencia
nec notio / Ut patet per exempla. Et quia vero
distinctio est in suppositis sicut manente essencia
una / ideo necesse est ibi multiplicari significationes
scilicet significatur ut communicabilem et incommunicabilem;
Ut communicabilem per modum abstractionis per nomen essencie
et per modum concretionis per nomen substantie / Ut incommunicabilem
vel nec ut distinguibilem per modum ypostasis
vel ut distinctam per nomen persone. Vel aliter
scilicet ut distinctivam communiter et sic ypostasis.
Vel notabiliter et perfecte et sic persona / Exempla
horum que sunt in creatura quantitatis. homo.
aliquis homo. Petrus. Primum essenciam, secundum substantiam,
tercium ypostasim, et quartum personam dicit / Et quia
in persona que distinguitur non solum est considerare
eum qui distinguitur sed id quo distinguitur,
et hoc est proprietas sive notio / Ideo necesse est
quod in divinis sint quinque modi dicendi, partim
et quinque scilicet ratione persone / quoniam
ratione ypostasis quia dicit suppositum substantie
indistinctum in distincte / quinque ratione notionis.
quod ratione substantie. quo ratione essencie / Et quia
omnes hii modi in unitate essencie radicantur,
quia quicquid est in deo est ipse deus unus et
solus / Ideo non ponitur ibi differentia nec secundum
essenciam nec secundum esse / Et propterea sunt ibi tres tantum
modi differendi scilicet secundum modos essendi sive
emanandi sicut differt persona a persona.

Secundum modus est habendi sicut dicit persona et
essencia quia vna persona ad alteram refertur
et ideo distinguitur Essencia vero non refertur
ad alterum et ideo non distinguitur. Secundum modus
etiam intelligendi sicut differt vna proprietas
personalis ab alia vt bonitas et sapiencia prima
differencia est maior et summa que posset
reperiri in diuinis Est enim in supposito ita quod
vnum non dicitur de alio Secunda differencia est minor
que est in attributis licet enim vnum possit dici
de alio vt persona de essencia aliquid tamen
dicitur de vno et non de alio vt persona distinguitur
et refertur essencia vero non. Tercia vero differencia
est minima que est in quiditatibus licet vnum de
alio dicatur conuertitur Idem possunt dici de
vtroque Non tamen eadem quiditate vtrumque Nec per
eadem dicitur intelligi vtrumque Ex primo modo differendi
oritur pluralitas in personis Ex secundo modo
pluralitas predicatorum personalium et relatiuorum
Ex tercio pluralitas essencialium perfectionum et notacionum
siue ab ethnicis sumptis quod ipse omnes ipse sunt in se ipsis
in ipse siue appareat dictorum quamuis sic manifesta
sunt huius intellectus elucet satis et quid
senciendum et qualiter loquendum sit de summa trinitate personarum

7. Secundo autem de pluralitate apparicionum
Dicit summa doctrina esse tenendum hanc quod
Cum deus sit incircumscriptibilis inuisibilis et
immutabilis Nichilominus tamen legitur in sanctis scripturis
vnde apparuit patriarchis et prophetis descendit
de celis misit etiam filium et spiritum sanctum ad salutem
humani generis Et licet in deo sint immensa
Natura virtus et operacio trinitatis.

Missio tamen vel apparicio vnius persone
non est missio vel apparicio alterius licet eciam
sit ibi summa equalitas Solus tamen patris
est mittere et non mitti Spiritus sancti est tantum
mitti respectu duarum personarum Nisi forte
dicatur mitti hominis in assumptionem filij quod est
mittere et mitti sicut ex scriptura potest colligi
Intelligenciam autem et racio predictorum habetur Quia
licet primum principium sit immensum et incircumscriptibile
sit eternum et incommutabile principium tamen est
rerum spiritualium et corporalium Naturalium et gratuitarum
Ac per hoc eciam rerum commutabilium temporalium et circum-
scriptarum Per quas licet ipse incommutabilis
immensus et incircumscriptibilis semper reddit manifestum
et notum generaliter per vniuersitatem suorum effectuum
ab ipso emanancium in quibus dicitur esse per essenciam
potenciam et presenciam quod se extendit ad omnem
creaturam Reddit tamen et specialiter notum per aliquos
effectus qui in ipsum specialiter ducunt vnde quorum
dicitur inhabitare apparere descendere mitti et
mittere Habitare namque dicit effectum spiritualem
cum acceptacione sicut est effectus gracie gratum
facientis que est deiformis et in deum reducit
et deum facit nos habere et haberi a nobis Ac
per hoc eciam inhabitare in nobis Et quia
effectus gracie est communis omnibus personis
Ideo vna persona non inhabitat sine alia Immo
simul tota trinitas Apparere vero dicit effectum
sensibilem cum expressa significacione sicut spiritus sanctus
apparuit in columba Et quia sicut persone
diuine distincte sunt sic distincte significari possunt
et signis et nominibus Ideo quelibet persona potest

perse apparere et apparitio per omnibus competit sine sibi
sine cuilibet perse Unde quod spiritus sanctus dicitur in linguis
igneis et columba apparuisse hoc non est propter
novum provenire ut effectum specialez sed propter unionez
que est inter signatum et signum sibi specialiter
et modo et origine deputatum Descendere autem
dicit utrumque predictorum effectum cum inchoatione
deus cum beneficiis Angelus sed est proprius in celis
quia in celis se intuetur et apparet servientibus
aut in terris est modo ut absens et quantum ad
generum et quantum ad notitiam et ideo cum incipit
apparere vel intuere deputatur celis et quasi
absente nobis fit proprius terris et ideo licet in
se non mutetur nobis tamen descendere dicitur.
Mittere vero dicit effectus predictos cum eterna permanere
Tunc cum pater mittit filium cum fuerit de
cum nobis presentem per notitiam vel gratiam
insinuat quod ab ipso procedit. Prima pater
a nullo procedit ideo nusquam mitti dicitur
Prima vero filius et producit et producitur ideo
mittit et mittitur Prima vero spiritus sanctus
eternaliter producitur sed non producit nisi ex tempore
ideo ipsus est qui mitti et non mittere nisi
respectu creature Ex hoc patet quod hoc sunt ipse
opponende Spiritus sanctus mittit se et mittit
filium filius mittit seipsum nisi intelligatur
incomputum est de origine natus Pater eterna
quamvis mittere et mitti non competit omnibus.
Quia licet dicat effectum in creatura dicit
tamen relationem intrinsecam ita quod mittere dicit
auctorem mitti sub auctorez. et etc predicamus etiam
internius importare.

Tercio vero de pluralitate appropriatorum dicit sancta
scriptura hec est tenenda. Anima habet unum
essencialem omnibus personis equaliter et indifferenter
convenientem. Tamen patri dicitur appropriari unitas
filio veritas, spiritui sancto bonitas. Et ideo hanc
sunt secunda appropriacio Hylarii scilicet Eternitas in patre
species in ymagine et usus in munere. Iuxta hanc
sunt scilicet In patre racione principiandi In filio racione
condendi In spiritu sancto racione finiendi. Iuxta hanc sunt
appropriata scilicet omnipotencia patri, omnisciencia filio, voluntas
seu benivolencia spiritui sancto. Hec autem dicuntur appropriari
non quin sicut ipsa omnium non sint communia sed quia ducunt
nos ad intelligenciam et noticiam proprietatum videlicet trium personarum.
Intelligendum autem et racione predictorum hec est Anima cum
primum principium est nobilissimum et perfectissimum. Ideo congrue
nobilissime et generalissime in eo reperiuntur in summo hec
autem sunt unum, verum, et bonum, que non [illegible]
ens secundum supposita sed secundum racionem. Nam unum notat
ens ut generale et hoc habet per indivisionem sui in se.
Verum secundum quod cognoscibile et hoc habet per indivisionem
sui a specie. Bonum secundum quod communicabile et hoc
habet per indivisionem sui a propria operacione. Et quia hec
triplex indivisio sic habet secundum ordinem quantum
ad racionem intelligendi, Ita quod verum presupponit unum
et bonum presupponit verum. Convenit quod hec attribuantur
primo principio in summo quam perfecta et generalia appropriantur
tribus personis quia ordinata. Et ideo summe [illegible]
unum patri qui est origo, Summe verum filio qui est
a patre ut verbum, Summe bonum spiritui sancto qui est
ab patre utroque ut amor et donum. Et quia summe
unum est summe primum. Nam caret omni incepcione. Et quia
summe verum est summe equale et pulcrum. Summe bonum
est summe utile et conferens. Hinc oritur secunda appropriacio

que est eternitas in patre quia non habet principium
sed est omnino primum Species in ymagine .i. in verbo
quia summe pulcrum Usus in munere .i. spiritu sancto
quia summe perfectum et iocundum Quod per
illa verba sic insinuat Augustinus In patre
unitas in filio equalitas in spiritu sancto unitatis
equalitatisque concordia Rursus quia summe primum
et primum tenet rationem principiandi et originandi
Summe pulcrum et speciosum tenet rationem exprimendi
et exemplandi Summe perfectum et bonum tenet
rationem finiendi quia bonum et finis idem Hinc
est quod attribuitur tamen ratio appropriandi Efficientiam patri
exemplaritatem filio finalitatem spiritui sancto.

Rursus quia a primo et summo principio fluit
omne posse a primo et summo exemplari fluit
omne scire Ad summum finem tendit omne velle
Ideo notandum est primum esse omnipotentissimum sapientissimum
et benivolentissimum In virtutibus autem prima et summa
reducens super se reductione completa et perfecta
est omnipotentissima Sic et virtus sapientissima et
voluntas benivolentissima Et hec appropriantur quia
ordine insinuant voluntatem cum dicit plene
intelligentiam cognitionem et voluntas et cognitio presupponit
potentiam et virtutem quia posse facere est aliquid
posse Ex hiis apparet que sint appropriata et
quibus et qua de causa Hec tria scilicet
Potentia Sapientia et voluntas sunt potissime
illa ex quibus in scripturis laudatur Trinitas summa
Et ideo de hiis dicendum est aliquid breviter et summatim

Igitur de dei omnipotentia secundum sacram scripturam
hec sunt tenenda videlicet quod deus est omnipotens
licet tamen quod ei non attribuuntur actus culpa-
biles ut peccare mentiri et male velle Nec
actus penales ut metuere et dolere Nec actus
corporales seu naturales ut dormire et ambulare

De Omnipotentia

culpables
penales
corporales

Impericium

Nisi forte transumpte vel articipentes ut posse
fieri maioris vel aliud deum sibi equalem
vel infinitum actu et conclusum / Quia ut Hanselmus
Cuilibet intelligenti clarum est impossibile
apud deum / Erat autem hec non posset / est tamen
Omnipotens vere et proprie et perfecte / Intelligendum
autem et via predictorum hec est / Quia primum primum est
potens potentia que est potentia simpliciter / Et de
distributo addit et distribuit phus que posse
est posse simpliciter / Hec autem sunt que exigerentur
a potentia completa et ordinata / Completa autem
potentia dicitur que non potest deficere vel per sinaulte
vel per indigentiam / Sed potentia in peccando deficit
In peccando succumbit / In temporalibus actionibus
indigentiam includit / Divina vero potentia que est
potentia summa et perfectissima et dei nec est de
mobilis nec est sub aliquo nec eget aliquo alio
Nec per hec nec culpabilis nec penalis nec
mala potest / Et hec potentia completa omnipotens est
Potentiam autem ordinatam attingit simpliciter dici
sed ut secundum actum / vel secundum aptitudinem
ex parte creature / vel secundum aptitudinem ex parte
solius virtutis increate / quod possibile est potentie
proprie dei / est non tamen possibile sed etiam actuale
Aliud secundum deo et non prius est possibile simpliciter
licet non actuale / Aliud autem tamen deo non prius
vel secundum / est possibile deo sed impossibile creature.
Aliud autem nullo predictorum modorum est possibile
sicut illud quod directe repugnat ordini secundum
rationes et causas primordiales et eternas.
Sicut est impossibile sicut quod deus aliquid
faciat actu infinitum quod simul fiat
ad esse et nullo deo esse ... fiat illud
quod fuit non fuisse et ceteris talia que posse est quod
ordinem et complementum divine potentie / Ex his patet

respectu quorum est diuina potentia patet ergo que
debent dici simpliciter possibilia et que simpliciter
impossibilia et quod aliquorum impossibilium sunt
sicut est vna omnipotencia.

De Sapientia

De sapientia vero diuina hec sunt tenenda videlicet quod
ipsa diuina sapientia limpidissime cognoscit omnia
bona et mala . preterita . presentia . et futura vniuersalia
et possibilia . Nec per hoc incomprehensibilia nobis et
infinita . Ita tamen quod ipsa in se nullo modo distinguitur.
Licet diuersa nomina sortiatur. Inquantum enim est
cognoscitiua omnium possibilium dicitur sapientia sive cognicio
Inquantum est cognoscitiua omnium que fiunt in mundo
dicitur visio Inquantum est cognoscitiua omnium que
bene fiunt dicitur approbacio Inquantum est cognoscitiua
eorum que futura sunt, dicitur prescientia seu prouisio
Inquantum est cognoscitiua eorum que ab ipso de
fienda sunt dicitur disposicio Inquantum est cognoscitiua
eorum que premianda sunt dicitur predestinacio
Inquantum vero cognitiua eorum que dampnanda sunt dicitur reprobacio.
Et quoniam ipsa non tantum est cognoscitiua sed est
causa rerum cognoscendarum Ideo inquantum est ratio
cognoscendi omnia dicitur lux Inquantum est ratio
cognoscendi visa et approbata dicitur speculum
Inquantum est ratio cognoscendi preuisa et disposita
dicitur exemplar Inquantum vero est ratio cognoscendi
predestinata et reprobata dicitur liber vite.
Est igitur liber vite respectu rerum vt
redeuntium . Exemplar vt exeuncium
Speculum vt euncium / lux vero respectu omnium
Ad exemplar autem pertinet ydea . verbum
Ars . et ratio . ydea secundum actum preuidendi
Verbum secundum actum producendi / Ars secundum actum
prosequendi Ratio secundum actum perficiendi . quia
superaddit intencionem finis Quia vero hec omnia
vnum sunt in deo Ideo vnum frequenter pro alio accipitur
Et licet diuina sapientia rerum distinctarum sit rationum

et gnotatore diuersa sortiuntur vocabula non tamen diuersificatur
secundum racionem intrinsecam Cognoscit enim contingencia
infallibiliter Mutabilia immutabiliter futura presencialiter
temporalia eternaliter / dependencia independenter / creata
increate Alia a se in se et per se Et cum infallibiliter
cognoscit contingencia simul stat libertas vel libertas
libertatis rerum per destinacione et prescientia /
Intelligencia autem z racio producitur hec est primum primum
habet ipsa quod primum et summum cognicionis habet simplicissimam
z perfectissimam Cum perfectissima / deo cognoscit
omnia simul distinctissime sub omnibus condicionibus
quas res habent vel habere valent / z ipsa futura
scit esse futura z presencia. presencia z bona approbanda
scit z mala reprobanda hinc est quod diuersa sortitur
vocabula secundum quod deus est super / Sed quia simul
stat perfectio sapiencie cum summa simplicitate. hinc est
quod omnia alia a se cognoscit in se et per se
Ex quo sequitur quod secundum creata cognoscit increate.
Ex quo sequitur tercium quod dependencia cognoscit independenter
Ex quo oritur quartum quod temporalia cognoscit eternaliter
Ex quo quintum quod futura cognoscit presencialiter
Ex quo sextum quod Mutabilia cognoscit immutabiliter
Ex quo septimum quod contingencia infallibiliter
Et hec contingencia manencia contingencia. sed
diuine sapiencie prorsus infallibilia / Etiam in
contingentibus que subiacent Nature quam libertati
voluntatis humane. Vnde Cum velit hoc verum
intelligere quomodo simul stet voluntatis create
libertas cum infallibili predestinacione ~~eterna~~
diuine resoluendo ab hac verius procedat per
illas septem condiciones usque ad primum / quod primum principium
perfectissime cognoscit omnia per se ipsum quod est
certissimum verum / Ex quo certum predicta continencia
infallibiliter concluditur Etiam autem diuine cognicionis
certitudo sic stat cum contingencia rerum ~~diuine~~
cognitarum

quia simul est simplicissima et perfectissima divina sapientia
Hinc est quod licet sit una multiformiter tamen rationes
et ideas ex eadem causa. Quia enim perfectissima
est ideo distinctissime cognoscit universa et singula
et quia illa omnia distinctissime et perfectissime comprehendit
et ideo singulorum dicitur habere rationes et ideas
hoc est rerum similitudines perfectissime expressas.
Quia vero simplicissima est et ideo omnes similitudines
ille sunt unum in ipsa unde sicut una veritas dei
verum producit ex se sive omnium rerum integritatem
Sic una veritate omnia exprimit simpliciter
et sicut una est in deo altissima omnipotentia actiua
operans secundum rem, dicitur tamen plures rerum productarum
ratione pluralitatis productorum. Sic una est veritas
unius actus intelligentiae in deo, dicitur tamen plures
similitudines ideae et rationes ratione pluralitatis ideatorum
vel existentium vel futurorum vel possibilium. Hec
autem rationes vel ideae licet sint una veritas et
lux et essentia. Ita tamen dicuntur esse vere rationes
vel ideae. Ratio enim vel idea dicitur ut ad aliquid
secundum rationem intelligendi. Connotat enim similitudinem
rationum que realiter tenent se ex parte dei,
licet secundum rationem intelligendi videatur aliquid dicere
ex parte ideati. Sed aliud tamen esse in creatura
requiritur. Quoniam quod hoc est illius exemplaris secundum
quam esse datum est. Quod est simplex et
infinitum et perfectissimum. Deo preintellecto
innotescunt ceteri qui. Quia enim illud quod
est simplicissimum et perfectissimum, ideo actus presens
Quia vero infinitum et immensum, ideo operum
omne genus inhaerent quod operibus unum per
similitudo expressiva ultima.

De voluntate

De voluntate autem dei hoc tenendum est quod
ipsa sic est recta quod nullo modo possit
obliquari. Sic est efficax ut nullo modo possit
impediri. Sic est una ut tamen multiformia
significata habeant. Significatur enim divina

Voluntas que est voluntas beneplaciti per voluntatem
signi. secundum quinque dicitur signorum que sunt
Secundum que a voluntate beneplaciti dispo-
nuntur quecumque in universo fiunt.
Est enim dei voluntas prima et summa
causa omnium specierum atque motuum
Nichil enim visibiliter et invisibiliter fit quod non de illa
imperiali aula summi imperatoris aut iubeatur aut
permittatur. secundum ineffabilem iusticiam premiorum
penarum graciarum aut retribucionum. Et quia ista
voluntas rerum regulatrix dicitur providencia.
Hinc est quod omnia que in universo fiunt aguntur
et reguntur divina providencia que pro omni est
incomprehensibilis. est enim nisi iuste precipit
prohibet vel consulit. Nichil agit nisi bene
Nichil iniuste permittit. Intelligencia autem et racio
perfectorum hec est. quoniam primum in eo sit summe nobile
et voluntatem habet et nobili modo habet.
Cum igitur voluntas de se dicat illud secundum quod
in agentibus a principio attenditur regula rectitudinis
efficiencia operacionis. Necesse est quod voluntas in deo
sit rectissima et efficacissima. Deo autem rectissima
quia idem in deo voluntas et veritas. Deo
efficacissima eciam idem principium est in deo
voluntas et virtus sive potestas. Et quia non potest
divina voluntas carere veritate. Ideo non tantum est
recta verum eciam regula in omnibus. Et quia vero
nullo deo potest carere virtute. Ideo non tantum est efficax
verum eciam fons et origo totius efficacie.
Ita ut nichil sine illa possit effici. Nichil contra
illam possit fieri. Nichil eciam sit unquam valeat
impediri. Et quia rectissima est nullus potest
recte nisi conformetur ei. Nullus autem potest conformari
ei nisi voluntas illa inolescit sibi. Oportet
ergo voluntatem divinam ut regulam rectitudinis notificari
nobis.

Precepcio
Prohibicio
Consilium
Implecio et
Permissio

Rectitudo autem que est voluntatis / et hec est in faciendo bonum
mandatum / et declinando malum / Secunda perfectionis
et hec est in supererogando ultra debitum et secundum
hoc innotescit nobis per triplex signum scilicet preceptum
Quod quidem signum divinum placitum prohibitionem et
accipitur tamquam instrumentum per se secundum consilium
divinum preceptum quod declinatur secundum divinam prohibitionem
et adimpletur secundum consilium / Signum vero infallibile
signum quod divine voluntatis ut est regula rectitudinis
Permissio quia efficacissima est nullo modo potest aliquis
aliquid efficere nisi ipsa operante et coefficiente
nullus deficere potest vel peccare nisi ipso iuste deserente
/ et secundum hoc duo enim sunt signa / scilicet impletio quod
est signum voluntatis ut efficientis / et permissio quod est
signum voluntatis iuste deserentis / Iuste autem deserit
quia iustum est ut sic condiscant reos quibus condidit
ut non infringerent leges quas indidit / et sic
recipient [illegible] ut tamen alias agere quam [illegible] moniti sunt /
et ideo sub libero arbitrio ad utrumque flexibile
de lege iusta dimittit in malum cadere / hec non
permittit nisi iuste / id est racionabiliter [illegible] per gratiam preveniat
et sustentet ille fiunt [illegible] / Ideo non agit
iuste secundum congruentiam iusticie / quia iustitia ad hoc
non sufficit / sed exigit et misericordia et quamdiu deus iuste
conventum est ex condecencia bonitatis sue / Cum ergo
deprimit et imperat operatur secundum iusticiam / Quando
vero predestinat secundum gratiam et misericordiam que non
excludit iusticiam / Nam cum omnes secundum quod
de massa cadunt per dicionibus dampnari deberent /
Ideo plures relinquuntur quam eliguntur / ut ostenderetur
quod sublimior est secundum specialis gratiam sed dampnatio
secundum iusticiam generaliter / Nulli ergo potest conqueri de divina
voluntate quia divina agit iustissime / ymmo in omnibus
debemus gratias agere et humiliter rogare divine
providencie / Si quis autem queritur / quare magis
[illegible] petrum [illegible] gratia [illegible] quam aliud hic

Oportet silentium imponere humane loquacitati et — Pö 11
exclamare cum Apostolo O altitudo divitiarum
sapientie et scientie dei quam incomprehensibilia sunt iudicia eius
et investigabiles vie eius / Quis enim cognovit sensum domini
/ aut quis consiliarius eius fuit / aut quis prior
dedit illi et retribuetur ei / Quoniam ex ipso et per ipsum et
in ipso sunt omnia ipsi gloria in secula seculorum Amen.

Secunda pars de Creatura mundi habet capitula 12

Primum de productione mundi totius
Secundum de Natura corporali quantum ad fieri
Tertium de Natura corporali quantum ad esse
Quartum de Natura corporali quantum ad influere et operari
Quintum de Modo describendi predicta in sacra scriptura
Sextum de productione supernorum spirituum
Septimum de Apostasia demonum
Octavum de Confirmatione angelorum bonorum
Nonum de productione hominis quantum ad spiritum
Decimum de productione hominis quantum ad corpus
Undecimum de productione hominis quantum ad totum coniunctum
Duodecimum de Complexione et ordine totius mundi consummati.

His summatim preintellectis de Trinitate dei,
dicenda sunt aliqua de Creatura mundi
Circa quam in summa hec sunt tenenda videlicet quod
Universitas Machine mundialis producta
est in esse ex tempore / et de Nihilo / ab uno
principio primo / solo et summo / cuius potentia licet
sit immensa. disposuit tamen omnia in certo pondere
numero et mensura / Hec generaliter tenenda sunt de productione rerum
intelligenda ad rectum sentiendi ex quibus et
veritas colligitur et error repellitur / Per hoc
enim quod dicitur ex tempore / excluditur error ponentium
eternum mundum / Per hoc quod dicitur de nihilo / excluditur
error ponentium eternitatem circa materiale principium / Per hoc
quod dicitur ab uno principio excluditur Manicheorum error
ponentium pluralitatem principiorum / Per hoc quod dicitur de solo.

et sermo concluditur error ponentium deum non produxisse
universitatem creaturarum per ministerium intelligentiarum. Per
hoc autem quod additur in textu pondere numero et mensura
ostenditur quod creatura est effectus trinitatis
creantis sub triplici genere causalitatis. Efficientis
a qua est in creatura unitas, modus et mensura.
Exemplaris a quo est in creatura veritas, species
et numerus. Et finalis a qua est in creatura bonitas,
ordo et pondus. Que quidem reperiuntur in omnibus creaturis
tamquam vestigium creatoris sive corporalibus sive spiritualibus
sive ex utrisque compositis. Hoc autem ad intelligentiam
predictorum hec est causa. Quod hec sit ordo
perfectionis et status in rebus. Notandum est quod omnia
reducuntur ad unum primum, ideo quod sit primum ut
de ceteris stetur, et perfectissimum ut de ceteris
compleantur. Et ideo primum principium necesse est statuere
non posse esse nisi unum solum. Si enim primum non
posset ipsum producere de se ipso. Notandum est
quod produxit ex nihilo, et quia producere de nihilo
ponit esse post non esse. Et ex parte producti [illegible]
in virtute producentis [illegible] pro [illegible]. Cum hec sit
solius dei. Notandum est quod creatura mundi sit producta
a deo. Et propter virtutem immensam agentis per se et immediate.
Rursus quia primum perfectissimum a quo manat
perfectio universorum necesse est agere a se et secundum se et
propter se, quia nullo in agendo indiget extra se.
Necesse est quod habeat respectum cum creatura
in ratione triplicis cause, scilicet efficientis exemplaris et
finalis. Necesse est omnem creaturam secundum hanc triplicem
habitudinem comparari ad causam primam. Omnis enim
creatura constituitur in esse ab efficiente, conformatur ad
exemplar et ad finem ordinatur. Et per hoc est
una, vera, bona. Modificata, speciosa, ordinata,
mensurata, discreta, ponderata. Est enim pondus
inclinatio ordinata. Et hec quidem generaliter dicta sunt
de omni creatura sive corporea sive incorporea sive ex utrisque
composita. Sicut est natura humana.

Naturam vero corporei est nobis considerandum quantum
ad fieri quantum ad esse et quantum ad operari
De natura vero corporei quantum ad fieri hec
spectant scilicet tenenda, scilicet quod sit sex diebus in esse
producta. Ita quod in principio ante omnem diem
creavit deus celum et terram. Prima vero die formata
est lux. Secunda firmamentum factum in medio aquarum
Tercia die separate sunt aque a terra et congregate
in locum unum. Quarta vero die celum ornatum
est luminaribus. Quinta vero aer et aqua volatilibus
et piscibus. Sexta die terra animalibus et hominibus
Septima vero requievit deus non a labore nec Requievit
ab opere cum usque nunc operetur sed a novarum specierum
conditione quoniam omnia fecerat vel in simili sicut illa
que propagantur vel in seminali ratione sicut illa que
aliis modis introducuntur. Ratio autem ad intelligentiam
predictorum hec est. Quia enim res manant a pri-
mo et perfectissimo, tale autem est omnipotentissimum
sapientissimum et benivolentissimum. Ideo oportuit quod
sic produceretur in esse ut in earum productione reluceret
triplex nobilitas predicta et excellentia. Et ideo
triformis fuit operatio ad mundanam machinam
producendam scilicet creatio que appropriate respicit omnipotentiam
distinctio respiciens sapientiam et ornatus qui respicit
bonitatem largissimam. Et quoniam creatio est de nichilo
ideo fuit in principio ante omnem diem tamquam omnium
rerum et temporum fundamentum. Rursus circa distinctionem
corporum mundi attenditur secundum triplicem modum. Ideo
facta fuit per triduum. Est enim distinctio nature
luminose a perspicua et opaca et hec facta est in prima
die in divisione lucis a tenebris et est distinctio
nature perspicue a perspicua et hec facta est secunda die
in divisione aquarum ab aquis. Est et distinctio
nature perspicue ab opaca et hec facta est in die tercia
in divisione aquarum a terra. In quo autem complete

Datur intelligi distinccio celestium et Elementarium prout que
post declarabitur / Hec ergo distinccio per triduum fieri
debuit / Et quia ornatus correspondet distinccioni
In aliis tribus diebus debuit similiter consummari.
Est ergo ornatus Nature lucide et hic factus
est quarto die in formacione stellarum et Solis et lune
Et est ornatus Nature perspicue et hic factus
est in quinto die In qua facta sunt ex aquis
pisces et aves ad ornatum aeris et aque.
Est eciam ornatus Nature opace scilicet terre et hic
factus sexto die In quo scilicet facta sunt bestie
facta sunt et reptilia facta est eciam ad consumacionem
omnium Humana Natura / Licet autem omnia licet
potuit deus facere in instanti / Maluit tamen
per successionem temporum et in [illegible] distinctionem et
clariorem reputacionem potencie. Sapiencie et bonitatis
Tamen propter convenienciam ~~convenienciam~~ dierum scilicet temporum
et spaciorum Tamen eciam ut sit in primi condicione
Mundi fieri debebant se-mana operum fiendorum
sic fiunt et prefiguracionis temporum futurorum Unde
Septem diebus quasi semanaliter perficit distinccionem
omnium temporum que explicantur per decursum septem
Etatum / Et hinc est quod sex diebus operum additur
septimus quietis Qui dies non scribitur habere
vesperam Ideo quia non habuit dies illa noctem
succedentem / sed ad prefigurandam Animarum quietem
que nunquam habebit [illegible] Sic autem dicitur
alio modo quod omnia simul essent facta et omnes hii septem
dies ad cognicionem Angelicam referuntur Unde [illegible]
primus dies [illegible] magis est septimus consonans quod
[illegible] sectorum et qui [illegible] et [illegible]
fecit sub bonum Angeli.
Circa vero Corpora celestia advertendum est
quod Corporalis mundi Machina tota consistit
in Natura celesti et Elementari / Illa que
celestis distincta est in tres celos primo scilicet

Empireum Cristallinum et firmamentum. Infra firmamentum
autem quod est celum cristallinum stellatum continentur
septem orbes septem planetarum qui sunt Saturnus, Jupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.
Natura vero elementaris in quatuor species
distinguitur scilicet in ignem, aerem, aquam
et terram. Et sic procedendo a summo celi
usque ad centrum terre decem
continentur orbes ~~[illegible]~~ celestes et quatuor sunt
elementares ex quibus integratur et constituitur tota
machina mundi sensibilis distincte perfecte et ordinate.
Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est. Natura
enim nostra cupiens ad perfectum suum et expressionem
sapientie multiformis summi principii requirunt multifor-
mitatem formarum sicut apparet in mineralibus plantis
et animalibus. Necesse fuit ponere aliquod corpus simplex
ac multiforme posset inferri ad multitudinem formarum
multiformium. Et hoc est natura [illegible] contrarietatis. Et hec est
elementaris. Necesse fuit fieri naturam per quam haberet
hec quatuor in mixto ~~[illegible]~~ gradatim. Et hoc est
natura elongata a contrarietate, quoniam est natura lucis
et corporis supercelestis. Et quia mixtio non potest fieri
nisi per contraria agentia et passiva, ideo necesse fuit
contrarietatem duplicem fieri in elementis, scilicet quantum ad
qualitates activas que sunt frigidum et calidum, et quantum
ad passivas que sunt humidum et siccum. Et quia quodlibet
elementum agit et patitur, ideo quodlibet habet duas qualitates,
unam activam et aliam passivam, utramque tamen principalem
et propriam. Et per hec necesse fuit quatuor esse elementa
secundum quod quatuor qualitates predictas quadruplicant combinationes.
Natura vero celestis aut est uniformis et
immobilis et hec est Empireum quod est lux pura,
aut mobilis et multiformis et sic firmamentum,
aut mobilis et uniformis et sic celum medium
inter Empireum et stellatum quod est celum Cristallinum.

Quartum est membrum scilicet quod sit uniformiter et insolubile
non potest stare quia uniformitas disponit ad
motus varietatem non ad universalem quietem Unde
igitur non sunt celi quorum primum pro tanto lucidum est scilicet
Empireum Secundum pro tanto perspicuum scilicet Cristallinum
Tertium stellatum quietum. Sed firmamentum Cum
igitur non sunt celi incorruptibiles et quatuor Elementa
variabilia ut fiat debita generatio corruptio
et contrarietas disponit deus septem orbes
planetarum qui sunt variabiliter mobiles et incorruptibiles
formarum quasi eadem unicus existit et media inferiorum
Elementarium orbium et superiorum celestium ad conferendum
et determinandum universum. Eandem scilicet naturales
proportiones ordinatas igitur et quemadmodum de medio
celestium orbium et contrario Elementorum reddentibus
ipsi proportionalis tam pulchre quam perfectum et
ordinatum ut suo modo suam capiat perfectionem

Quantum vero ad capitulum hoc tenendum est de Natura
corporali scilicet quod celestia influit in terrestria
et elementaria quantum ad distinctionem signorum
temporum scilicet dierum mensium et annorum Sicut etiam dicit
Scriptura quod sunt in signa et tempora et dies et annos
Influunt etiam quantum ad efficacem productionem rerum
generabilium et corruptibilium sive mineralium vegetabilium
sensibilium et corporum humanorum si tamen sunt tempora et
Regimen spaciorum ut non sunt ibi signa futurorum
contingentium Nec influunt super liberum arbitrium
per viam constellacionum quia dixerunt quidam philosophi
esse fatum [.] aut ad intelligentiam
predictorum hoc est Nota quod cum in corporibus
celestibus possint inveniri ad primum primum sit Lux
Motus Calor et virtus Lux respicit faciem formam
et species, Motus respectu ~~corporis~~ superioris influentiis
Calor respectu inferioris Nature suscipientis
virtus vero omnibus predictis Cum inquantum sit

Celestia corpora per lumen et motum sunt in distinctiones
temporum scilicet dierum secundum lucem solis et motum firmamenti
mensium secundum motum lune in obliquo circulo ~~temporum~~
Annum secundum motum solis in obliquo circulo. Temporum vero
secundum varium planetarum motum distanciam et coniunctionem
Ascensionem et descensionem retrogradacionem et stacionem.
Ex quibus oritur diversitas in temporibus per virtutem
actam et collectam influunt ad producendum corpora que ex
Elementis generantur excitando promovendo generando
Ita quod secundum gelacionem contrariorum ab equalitate remotam
influunt in mineralia secundum gelacionem ab equalitate
minus longinquam vel remotam in vegetabilia
secundum gelacionem equalitatem approximatam in sensibilia
secundum vero gelacionem equalem in corpora humana
que disposita sunt ad nobilissimam formam que
est anima racionalis. Ad quam ordinatur et terminatur
appetitus omnis nature sensibilis et corporalis per
eam que est forma eius. vivens. sentiens.
et intelligens, quasi quodammodo circuli intelligibilis
reducuntur ad suum principium in quo perficiuntur et beatificantur
Et ideo in illud tendit p. h. ar. Et ideo quantum ad
Ar. li. excellit omnem virtutem corporalem ac
per hanc virtutem naturalem sibi sufficientem. Nichil
enim habet sibi dominari nisi solus deus. Non enim
ser virtus posterioribus sedere Et propterea redundant
unum est, quod summus finis omnium corporum que sunt
et omnia corporalia facta sunt ad hominis obsequium
Ut ex illis omnibus accendatur homo ad
amandum et laudandum factorem universorum
cuius providencia cuncta disponuntur. Hec igitur
sensibilis corporalium machina est tamquam quedam domus
a summo opifice homini fabricata donec
ad domum veniat non manufactam in celis
Ut sicut nunc modo racione corporis et spiritus anime
nunc est in terris sic aliquando corpore racione et
spiritu primo sit in celis.

Ex praedictis colligitur quod sicut deus ordinate
condidit quantum ad tempus et ordinate dis
posuit quantum ad situm sic etiam ordinate gubernat
quantum ad influentiam et scriptura ordinate innuit
quantum ad doctrine sufficientiam licet non ita explicate
describat distinctionem orbium nec caelestium nec
elementarium in parte aut nihil dicat de motibus
et virtutibus corporum superiorum et de mixtionibus elementorum
et elementatorum et quod plus est nihil explicate
narrat de conditione supernorum spirituum maxime
cum describit universitatem in esse productam.

Ratio autem ad intelligentiam praedictorum haec est
quia primum principium reddit se nobis
cognoscibile et per scripturam et per creaturam. Per librum
creaturae se manifestat ut principium effectivum. Per
librum scripturae ut principium reparativum. Non potest cognosci
nisi cognoscatur et effectivum. Ideo scriptura
sacra licet principaliter agat de operibus reparationis,
agere nihilominus debet de opere conditionis,
inquantum tamen ducit in cognitionem primi principii
efficientis et reficientis. Et ideo ipsa est cognitio
sublimis et salutaris. Sublimis quia de primo
principio effectivo quod est deus creator. Salutaris
quia de principio reparativo quod est Christus salvator
et mediator. Et rursus quia sublimis
est utpote quae agit de primo principio et sum
mo, ideo non descendit ad describendas
speciales earum naturas motus virtutes et differentias
sed stat in generalitate quadam in qua explicat
specialia describendo conditionem mundi quantum
ad dispositionem et influentiam quae ad naturam universalem
operationem et formam in generalitate quadam.
Et quia primum principium de quo agit habet in se ordinem
naturae in condendo ordinem sapientiae in disponendo
ordinem bonitatis in influendo ita quod ordo naturae
habet simultatem et aequalitatem et ordo sapientiae
consideravit prioritatem et posterioritatem ordo influentiae

superioritate et inferioritate Ideo ad insinuandum
ordinem nature determinat scriptura iuxta quod deum operari
decebat quod in principio ante tempus decursum fuerit
illa triplex natura de non esse in esse producta
cum dicit In principio deus creavit celum et terram
et spiritus dei ferebatur super aquas ubi nomine celi
insinuatur natura lucida Nomine terre natura opaca
Nomine aque natura perspicua sive continens sive contenta
subiecta sive super continentia elementa scilicet Ubi etiam
insinuatur trinitas eterna scilicet pater in nomine dei creantis
filius in nomine principii Spiritus sanctus in nomine spiritus dei
Et sic est illud intelligendum quod dicitur Qui
vivit in eternum creavit omnia simul Non quia ea
creaverit in chaos confusionis secundum quod
finxerunt poete ut produxerit hanc naturam
triplicem summam in summo et mediam in medio
et infimam in infimo Licet etiam in esse confuso
distinctionis cum celum esset perfectum et terra
imposita natura media quasi medium tenens
nondum esset ad perfectum distinctum deducta
Ad insinuandum autem ordinem sapientie in disponendo
determinat quod hec triplex natura non simul fuit distincta
et ornata sed iuxta triplicem naturam create congruenter
per triduum distincta et post triduum aliud ornata
Ut sicut deus in principio triplicem naturam simul creavit
in primordio temporis Sic in successione temporis in
triplici mensura temporis scilicet triplici die triplicem fecit
distinctionem nature triplicis create et rursus in alio
triduo triplicem ornatum triplicis nature distincte
Ad insinuandum vero ordinem bonitatis in influendo
determinat quod hec triplex natura collocata est in mundo
secundum sub et supra iuxta dignitatem sue influentie
Et quia lucidum plurimum habet de actu et specie ideo sibi debetur
supremus locus / Opacum vero minimum habet de
specie ideo sibi debetur centrum Sed quia perma

tenet medium (ideo medium sortita situm Etiam natura
lucis et spiritus quia est nature celestis et elementaris
et universis luminosa conveniunt utrique) Dicitur secundo
firmamentum factum ideo quia aque sunt super celos
Aque flexibiles frigide fluentes et corruptibiles
sed quia subtiles et incorruptibiles preter et super
omnes firmitate elevate sublimate / Ac per hoc
celestis nature et in celestibus collocande ratione
nobilitatis fore collocantur eciam ratione virtutis
et influencie Cum enim omnis accio corporalis
in rebus inferioribus regulam originem et
vigorem sumat a natura celesti Cum due sint
qualitates active scilicet calidum frigidum et aliquod
sit celum primum influens in calidum ut patet celum
sydereum racione sue luminositatis / conveniens / fuit quod
aliquod influeret super frigidum et sic cristallinum
Et sicut celum sydereum licet influat ad calorem
non tamen est formaliter calidum Sic eciam celum quod
dicitur aqueum sive cristallinum non est essencialiter
frigidum Unde propter hoc sancti dicunt quod aque ibi
constitute sunt ad temperandum calorem superiorum
corporum et eciam scilicet non tamen formaliter per decursum
sed secundum effundendum et influenciam sunt intelligende
Competit secundo condicioni creature secundum ordinem
predictum et ordine creaturis superioris et divine
scripture quod est stare firmius Rursus quia
ipsa est stare salutis Ideo non distinunt de ope
condicionis Nisi propter opus reparacionis Etiam
Angeli sicut conditi sunt ut labentes nullo modo
reparentur sicut apparebit in sequentibus Ideo
tacetur secundum literam exteriorem Angelorum lapsus
et condicio quia non debebat subsequi reparacio
Quia vero sublimitati scripture non decebat preter-
mitti de condicione sublimissime creature Ideo
sicut scriptura sacra de spiritu rerum condicionem
mixta est congruit stare firmius et salutis

Ut tu sedem spiritualem intelligas totum quod dictum
Litteraliter descripta spiritualiter referuntur ad describendam
ierarchiam Angelicam et Ecclesiasticam / Hec sedes
spiritualem intellectum describitur in illis tribus naturis
prima ponderis ierarchiam Angelicam nomine celi /
secundo Ecclesiam nomine terre / et tertium per quam irrigatur
utrumque nomine aque / ... scilicet per septentrionem
dicere intelligitur superiores Ecclesie Status
sedem dei ... supra Ethera Per eundem
septentrionem intelligitur superiores quasi Angeli et
A creatura ad deum / et sic ex predictis apparet
sufficienter et veritas scripture in diversis opinionibus
sanctorum scilicet Angelorum et aliorum qui sibi non contradicunt
cum vere sunt si recte intelliguntur /

Consequenter vero agendum est de natura spirituali et
incorporea cuiusmodi est Angelica. De qua
consideracione oportet primo ad quedam supponere
primum / Secundo ad eius divinam / et quarto ad ordinacionem
honorem Angelorum Sciendum est igitur quod Angelis
a principio sue condicionis quedam sunt attributa scilicet
Simplicitas essencie / personalis discrecio / et trinam
imaginem / Memoria intelligencia et voluntas / et libertas
arbitrii ad eligendum bonum et respuendum mala /
Hec autem quatuor attributa ... Alia quatuor ... scilicet
... in operando / Officiositas ... ministrando
perspicacitas in cognoscendo et immutabilitas post
Electionem sive in bono sive in malo / ... autem
ad intelligenciam predictorum hoc est / Natura ... propter
incorporea quod ... de nichilo produxit / et ideo non
tam ... sed ... / non tamen ... a se
longinqua ... produci ...
... / et hoc est ... intellectualis et
incorporea / que incorporea quod deo simillima est
simplicitate habet ... et discrecionem personalem
Ut deo assimiletur ex parte sue ... sive ... /
Habet enim in mente ymaginem trinitatis scilicet Memoriam
intelligenciam et voluntatem / Habet etiam libertatem

voluntatis ut assimiletur deo scilicet potencie sue nullius
sine electione ut sit potencia universalis insignita sit dei
ymagine / Electum vero ex libertate liberi arbitrii.
Nequaquam enim perveniret natura ad premium in glorium
quod facit quemque beatum nisi haberet liberum voluntatis
arbitrium / Hoc autem esse non potest nisi in substantia rationali
quam comitatur memoria intelligentia et voluntas
ubi autem est ratio oportet quod sit rationalis et substantia
individua. Necesse est quod sit substantia spiritualis et
incorporea / ac per hoc simplex cum inmaterialis a dissolucione
quantitativa. Talis autem substantia hoc ipso quod simplex
est virtuosa est in operando / hoc ipso quod virtuosa
est personaliter discreta distincta competit ei discretio
officiorum in ministrando hoc ipso quod simplex et virtuosa
competit ei permeabilitas in [illegible] discurrendo
hoc ipso autem quod creatura quod et simplex est habet
vertibilitatem in deformem / deo stabilitatem habet
post electionem in electo sive in bonum sive in
malo / Et hec conditiones ipsam generalem conditionem
superiorum spirituum generaliter conveniunt.

De Apostasia vero demonum hoc est tenendum
scilicet quod deus angelos cum fecit bonos
tamen medios tamen sic statuit inter summum bonum et commutabile
bonum quod est creatura Ita quod si converterentur ad
summum quod est supra ascenderent ad statum
glorie et gratie si vero ad bonum commutabile quod est
infra hoc ipso ruerent in malum culpe et pene
Ruina vero est decidentis peccati sive decisio
iusticie / primus autem lucifer inter angelos primus
de creato bono creatam appetiit excellentiam
volens aliis preferri / Et sic cecidit cum ceteris sibi
consentientibus / Cadens autem factus est impenitens
obstinatus et excecatus et exclusus a dei contemplatione
et deordinatus in operatione / toto nitens conamine
ad subvertendum homines per temptationem multiplicem /
Ratio autem ad intelligentiam predictorum / hec est /
prima causa primum principium sit summe bonum nil fecit

quod non sit bonum / quia a bono non perdit ipsum
bonum. Unde [illegible] sit abysso horribili minus est eo
⁋ Et ideo non propter summum bonum. Confert ergo angelus
a deo conditus / bonus quidem sed non summus [illegible]
tamen sit afferta tradit in summum et tamen per liberum ar-
bitrium voluntas potest tradi in bonum summum
vel inniti ad bonum [illegible]. Lucifer sic pulcri-
tudinem et altitudinem considerans complacuit ad se
diligendum et suum [illegible] bonum prospexit et altitudi-
nem et ambivit excellentiam suam non [illegible]
Et per hoc presumendo constituit se sibi principium in se ipso
gloriando / et ambiendo / constituit se sibi summum bonum
in se ipso quiescendo. Cum autem non sit summum esse
principium nec summum bonum necesse fuit per inordinatum
appetitum descensum venit. Parum [illegible] et omnes sibi
in hac consentientes. ⁋ Et ideo non est [illegible] per
[illegible] iustitie et de statu ut tradit ~~perdit~~
in peccatum cum aliis ad [illegible] sibi perdidit bonum
summum scilicet celum empyreum descendens ad imum,
scilicet caliginosum aerem vel infernum. [illegible]
fuit in [illegible] per liberum arbitrium lapsus [illegible]
per [illegible] iudicium. ⁋ Et ideo immutabiliter habuit
[illegible] electus de statu confirmatus est in malo
⁋ Et per hoc excecatus a vero et deordinatus est ad
opus / et infirmatus in virtute de voluntate cum
impia [illegible] gravis est ad homines odium
et invidiam. ⁋ Et perspicacitas vivens a vero lumine excecata
gravis est ad deceptiones [illegible] et cautelas
⁋ Et [illegible] a vero [illegible] amota
gravis est ad temptationem. ⁋ Et [illegible]
creaturam per multa genera ad miracula facienda per
per [illegible] quas facit cum corpore
creatura. ⁋ Et quia omnia hec sunt deordinata per
voluntatem [illegible] per supplicium / Ideo hec omnia [illegible]
ad fomentum sue supplicii [illegible] ab omnibus [illegible]

et honorari ad modum dei hec est quod quecumque male agit
Quod iustus deus in dictis puniet ad vindictam malefactorum
laudem vero bonorum sicut apparebit per finale iudicium

De Consumacione vero Angelorum Tenendum est quod
Sicut Angeli a deo aversi statim sunt obstinati
per impenitenciam Sic Angeli ad deum conversi statim
fuerunt consumati per graciam et gloriam in voluntate / perfecte
illuminati in racione secundum cognicionem matutinam et vespertinam
perfecte formati in virtute sive motiua sive operatiua
perfecte ordinati in operacione sive contemplatiua
sive ministratiua / Et hac secundum triplicem yerarchiam
scilicet supremam / Mediam et Infimam / Ad supremam autem
pertinent Throni Cherubin et Seraphin scilicet
Ad mediam autem dominaciones virtutes et potestates
Ad Infimam vero principatus Angeli Archangeli /
Ex quibus plurimi sunt in ministerium missi et ad custodiam
hominum deputati quibus ministrant purgando / illuminando
et perficiendo / secundum Imperium voluntatis dei.

Racio autem ad intelligenciam predictorum hec est quia cum
Angeli propter expressam similitudinem et propinquitatem
ad primum et summum principium habeant intellectum deiformem
et immutabilitatem per consensum ex libero arbitrio
supplemento gracie Ad summum bonum conversi / cum volunt
in deum tendunt / per gloriam fuerunt consumati penitus
et perfecti / Ideo quantum ad voluntatem fuerunt stabiles
et felices / quantum ad racionem perspicaces Ita ut non
tantum cognoscerent res in proprio genere sed eciam in arte
Et propter hoc non habent tantum cognicionem vespertinam
sed eciam Matutinam vel eciam diurnam propter eminenciam
[illegible] plenitudinem et omnimodam puritatem / respectu
cuius omnis creatura merito potest dici tenebra
Quantum autem ad virtuositatem perfecte formati
sive in operando sive in comprehendendo vel assumpto
corpore vel non assumpto / Quantum ad operacionem vero
perfectissime ordinati Ut tamen non possint deordinari
Hec aspiciendo ad exemplar dei vel [illegible]

ad instruendum hominem. Tertia cum deum faciem ad faciem
contemplentur quecumque intuentur intra deum cum
cognoscunt eam et agunt secundum ordinem yerarchicum
in eis inventum per naturam et consummatum per gloriam
Tertie scribendo .li. ar. visibilitatem illustrant
preparatatem / ordinatam. officiositatem / et tribuerunt
pluritatem secundum quatuor attributa super nominata.
Per speculativus aut ... in contemplando
Aut practice respicit ad maiestatem divinam
venerandam aut ad veritatem intelligendam aut
ad bonitatem desiderandam. Et sic hec sunt tres
ordines in prima yerarchia scilicet Throni
Ad quos pertinet reverentia. Cherubin ad quos
sapientia et Seraphin ad quos benivolentia. Ad practicam
vero pluralitatem spectat virtus imperativa virtus operativa
et virtus expeditiva / prima ad dominationes / secunda ad virtutes
tertia vero ad potestates spectat cuius est arcere potestates
contrarias. Ad prelationem vero officiositatem spectat regere
revelare et relevare. Primum est principatuum.
secundum archangelorum et tertium angelorum / qui custodiunt
ne lapsi cadant et cadentes adiuvant ut
resurgant / Et sic patet quod hec omnia sunt in beatis angelis
secundum plus et minus gradatim a superioribus descendendo
usque ad ymum. Ordo autem denarius ... ab eo
quod complementum accepit in minore.

Post naturam vero corpoream et incorpoream
dicenda sunt aliqua de natura ex utraque
composita. Primo ex parte mentis secundo ex parte
carnis. Tertio ex parte totius hominis. Circa
primum tene hec in summa tenenda sunt scilicet quod anima
rationalis scilicet quod ipsa est forma ens vivens /
intelligens / et libertate utens /. forma quidem
ens non a se ipsa nec de divina natura / sed
a deo de nichilo per creationem in esse producta /
forma vero vivens non ex natura extrinseca / sed.

Sexta / non vita mortalis sed vita perpetua. Forma vero intelligens
non tantum creaturam sed etiam creatricem essentiam ad cuius
ymaginem facta est / per memoriam intelligentiam et
voluntatem. Forma quoque libertate utens / quia semper est libera
a coactione et a miseria vero et coactione libera fuit in
statu innocentie / licet non in statu nature lapse.
Hec autem libertas a coactione nichil aliud est
quam facultas rationis et voluntatis que semper potest agere
pro libito. Ratio autem ad intelligentiam predictorum hec est.
Quia enim primum principium est beatissimum et benivolentissimum
Ideo sua summa benivolentia beatitudinem suam communicat
creature non tantum spirituali et proxime / sed etiam corporali
et longinque. Corporali tamen et longinque communicat
mediate / quia lex divinitatis hec est ut infima
per media reducantur ad summa. Et ideo non tantum spiritum
angelicum et separatum fecit beatificabilem / sed et spiritum
coniunctum scilicet humanum. Est igitur anima rationalis forma
beatificabilis. Et quia ad beatitudinis premium pervenire
non est gloriosum nisi per merita. Nec meritorium aliquid
nisi in eo quod voluntarium et libere fit. Ideo anime
rationali libertatem arbitrii dari oportuit / per
remotionem omnis coactionis / quia hec est dignitas
voluntatis ut nullatenus possit cogi licet per culpam
misera efficiatur et serva peccati. Rursus quia
forma beatificabilis est capax Dei / per memoriam
intelligentiam et voluntatem / et hoc est esse ad
ymaginem trinitatis propter unitatem in essentia et
trinitatem in potentiis. Ideo necesse fuit animam
Deum et omnia esse intelligentem ac per hoc Dei
ymagine insignitam. Et quia nichil beatum potest
beatitudinem amittere nichil potuit esse beatificabile
nisi esset incorruptibile et immortale. Necesse ergo fuit
animam rationalem immortali vita de sui natura
esse viventem. Postremo quia omne quod
ab alio beatificabile est et invariabile / est mutabile

secundum beate esse et incorruptibile secundum esse. Secundo
Anima non a se est non de divina natura
quia mutabilis non producta de aliquo
non per modum generationis quia est immortalis et incorruptibilis
Et ita hec forma non potest per generationem esse introducta
quia esset naturaliter corruptibilis. Ex hiis apparet
qualiter finis beatitudinis naturaliter perfectam
conditionem ipsi anime ad beatitudinem ordinate.
Nunc igitur ut beatificabilis est immortalis. Secundo cum
unitur corpori mortali potest ab eo separari. Ut per hoc
non tamen forma est pueri caracterizata. Tertio
non tamen unitur corpori ut perfectum unum eam ut motor.
Et sic perficiat essentiam quod movet pariter per
potentiam. Tamen non tamen ipsa dat esse. Unum eam
vivere et sentire et intelligere. Quarto potentia habet
vegetativam sensitivam et intellectivam. Ita quod per
potentiam vegetativam generat nutrit et augmentat
generat ut quid, nutrit ut quale, augmentat ut
quantum. Per sensitivam vero apprehendit sensibilia
retinet apprehensa componit et dividit. Exterius
apprehendit quod per sensum communem comparat
sensibilia convenientia ad quinque modi corpora per sensus
retinet per memoriam componit et dividit per
fantasiam que est prima virtus collectiva
per intellectivam autem discernit verum ~~appetit malum~~
et fugit malum et appetit bonum verum quando
discernit per rationem malum repellit per irascibilem
bonum appetit per concupiscibilem. Rursus quarto anima
discretio vero est cognitio fuga et appetitum
est affectio. Quinto tota anima dividitur in
cognitivam et affectivam. Sexto duplex cum
cognitio vero est duplex vel veri ut verum vel veri
ut bonum et hec vel eterni quod est supra naturam
vel temporalis quod est infra. Hinc est quod potentia cognitiva
dividitur in intellectum et rationem dividitur ita quod.

de incarnatione verbi et de gracia spiritus sancti,
nunc sexto agendum est de medicina
sacramentali circa quam consideranda sunt septem.
Agendum ergo est de sacramentorum origine, numero,
distinctione, institucione, dispensacione, iteracione
et integritate. De origine ergo istorum Origo
sacramentorum tenendum est quod sacramenta sunt signa sensibilia
divinitus instituta tanquam medicamenta in quibus

sub tegumento rerum sensibilium diuina virtus secretius
operatur. Ita quod ipsa que similitudine representant et
institutione significant et sanctificatione conferunt
aliquam spiritualem graciam per quam anima curatur ab
infirmitatibus viciorum. Et ad hoc predicta ordinantur
tamquam ad finem vltimum. Valent tamen ad humiliacionem
erudicionem et exercitacionem sicut ad finem qui
est sub fine. Racio autem ad intelligenciam predictorum
hec est. Quia principium reparatiuum quod est christus
crucifixus verbum scilicet incarnatum quod sapienter cuncta
dispensat cum sit deus. Et clementissime reparat
cum sit verbum incarnatum. Sic debet reparari
et sanari genus humanum in egroto secundum quod
competit ipsi egrotanti, egritudini et occasioni
egrotandi et ipsius egritudinis curacioni.
Ipse autem medicus est verbum incarnatum deus
scilicet invisibilis in natura visibili. Homo
egrotus est non tantum spiritus nec tantum caro sed
sed spiritus in carne mortali. Morbus autem
est originalis culpa que per ignoranciam
inficit mentem et per concupiscenciam inficit carnem.
Origo autem huius culpe ~~[illegible]~~ licet principaliter
fuit ex consensu racionis tamen sumpsit
a sensibus carnis. Ad hec ergo quod medicina
correspondeat competenter ambobus predictis oportuit quod
non tantum esset spiritualis verum eciam aliquid haberet
de sensibilibus signis. Vt sicut per sensibilia fuerat
anime occasio labendi ita ei esset occasio
resurgendi. Et quia signa sensibilia
de sua natura non habent efficaciam ordinatam
ad graciam licet habeant longinquam representacionem
de sua naturali idoneitate oportuit quod ab auctore
gracie instituerentur ad significandum et benedicerentur ad sanctificandum

Ut sic essent quod naturali plenitudine reputerentur Sed
diuina institutione significancia et ad gratiam
prouida per quam curentur et sanentur anime nostre
Rm sub Circa Tertium curatiua non dicuntur claris
medicinalibus et fastidiosis. Domino oportuit hec
signa sensibilia diuinitus dari que non solum signifi-
carent et gratiam conferrent ac per hoc sanarent
Unicum significatum erudirent et superciliose
humiliarent et diuersificarent exercerent ut sic
per exercitium excluso a concupiscibili per
eruditionem excluso ignorancia a rationali per
humiliationem excluso superbia ab irascibili.
Tota anima curabilis fiet a gratia spiritus sancti
que reformat nos secundum has tres potencias
ad ymaginem trinitatis et Christi. Postmodum
Circa per hunc signa sensibilia diuinitus instituta
gratia spiritus sancti suscipitur et in eis ab accedentibus
inuenitur hinc est quod hec Sacramenta dicuntur gratie
Vasa et causa animi spiritualiter in eis continetur
Nec causaliter efficiuntur. Cum in sola anima
habeat collocari et a solo deo habeat infundi
Sed quia in illis et illa per gratiam curaremus
a summo medico Christo quod domino decreto
oportet haurire licet deus non alligauerit
suam gratiam sacramentis. Ex premissis igitur apparet
Non solum quid sit sacramentorum origo verum etiam
Numerus vsus et quis fructus. Nam Origo
eorum est Christus deus vsus autem est Curatio
exercitium eruditionis et humiliationis.
Fructus autem est hominum curatio et salus.
Patet autem quare sit eorum efficacia quare diuina
Institutione ... nullibi quam.

que finaliter est hominum medicina vel curacio
Etymum derivatum sit a sono et a fine / hec est
quod dicuntur sacramenta quasi medicamenta sanctificancia
Per hec enim anima a sordibus viciorum
reducitur ad sanctificacionem perfectam Et ideo
licet sint corporalia et sensibilia sunt tamen veneranda
tamquam sancta / Quia sacra signant misteria
Ad sacra preparant accipienda a sanctissimo deo
data sacra institucione et benediccione divinitus
consecrata Ad cultum sanctissimi dei in
sacra ecclesia constituta Ita ut merito dici
debeant Sacramenta /

Variacio

De variacione autem sacramentorum hoc tenendum est
Quod sacramenta ab inicio ad curacionem hominis
instituta sunt et semper ad morbos occurrerunt
et usque in finem seculi perdurabunt Sed alia
sunt in lege nature Alia sub lege scripta
Alia sub gracia / Et in hiis omnibus illa que
posteriora sunt sufficienciora sunt et evidenciora
et efficacia gracie digniora / In lege enim nature
fuerunt / Oblaciones sacrificia et decime
In lege autem scripta introducta est circumcisio.
superaddita est expiacio et superabiecta
oblacionum decimacionum et sacrificiorum
multiformis distinccio / In lege autem nova
statuta sunt sacramenta nova pauciora utiliora
parciora virtute efficaciora et preeminencia
digniora in quibus est simul impletio et
evacuacio sacramentorum omnium predictorum.

Rediens autem ad [illegible] principale hic ostendere Quomodo
verbum incarnatum quod est reparacionis nostre principium

Et fons et origo sacramentorum Christus sit clementissimus
et sapientissimus. Et quod clementissimus est
non vult quod curetur morbus peccati sine
remedio sacramenti. Eo vero quod sapientissimus est
ideo iuxta diversitatem sive diversitatibus sapienter rector
ordinatissime gubernatoris diversa adhibuit
medicamenta et pariter secundum mutacionem variam
temporum dispensavit. Christus enim qui ab inicio previdit
tempus et adventum salvatoris magis ac magis
appropinquare sic magis ac magis effectus salutis
crevit et augmentum veritatis, congruum fuit et
ipsa signa salutis per successionem temporum alia post
alia variari ut effectus gratie duxit in salutem
necessariam sunt quia et ipsa significancia in ipsis
signis visibilibus evidencior apparet. Et ideo
primum per oblacionem et postea per circumcisionem
ad ultimum per baptismalem ablucionem expiacionis
et iustificacionis sacramentum formari institutum est.
Quia enim ... mundacionis forma et fides dei in
oblacione quasi occulte videntur in circumcisione vero
evidencius exprimuntur, per baptismum autem manifestius
declarantur. Et huiusmodi quod illa primi temporis sacramenta
sicut dicit Hugo fuerunt solum veritatis umbra
medii temporis sicut figura seu ymago. Postremum
sed gratie solum corpus quod utrique scilicet veritatem
et graciam caractericam continet quam presentat
et principaliter confert quod promittunt etc.
Rursus Christus plena veritatis et gracie
que in lege gratie exhibetur novitatis sive excellentie
et uniformitatis in opere et virtute per unum signum.

Signum compleri non potuit ut deceat. Hinc est
quod in omni lege et lege fuerit predicta data
ad illam veritatem et gratiam complenda
Sed precipue in hac lege signum cum est
figurarum multa signa et varia precesserunt
que sua varietate Christi gratiam multiter Christi
gratiam compleverunt et excellentiam commendaverunt
et multiplicaverunt commendando mitigaverunt populos
contrarium perfectos et duros onerando fregerunt
et ad iugum gratie domuerunt et quedam de-
emollierunt. Postremo illa veritate supple-
mente cessat omnino et signum precedens
sortitur finem intentum. Quo habito cessare
debet cum effectu et usu et actus.
Hinc est quod omnino supplemente veritatis precedentia
et signa impleta sunt penitus et sublata.
Alia signa causa prenostica futurorum
et que precedentium delonginquo et non a-
nichilo instituta tamen demonstrativa preteritis
gratie et rememorativa quedam de passionibus
domini que fons et origo est consum-
mationis sive in nobis sive in hiis qui
precesserunt Christi adventum sed in hiis qui
precesserunt tamen per passionem in hiis qui secuntur
tamen per resolutionem. Et quia non debet
gratia passionis per ipsi omnia resolucionis
et hiidamur debet resolucio pro qua passio.
Hinc est quod passio Christi mediante sanctificant
sacramenta legis nove et plenior gratia
in eis redundat propter ipsa sacramenta et

Et perduxerit ad hec Sicut via ad terminum
Sicut Signum ad signatum | Sicut figura
ad veritatem Et sicut imperfectum reducit
et perficit ad perfectum ..

Distinctio

De distinctione autem 7 sacramentorum nove legis
Sacramentorum hec racio est quia ipsa sunt un[?]
-decim[?] correspondencia ad graciam septiformem |
Que per septenarium spiritus nos reducit ad
principium quietis et tabulum[?] civitatis | Sicut
ad Octavam Resurreccionis ultime[?] Nomina[?] vero
Sacramentorum racio est baptismus | Secundum Confirmacio
Eucaristia | penitencia | unccio extrema | ordo et
Matrimonium. Quod licet ultra alia[?] propter
morbum competit[?] accepit[?] Tamen fuit ante
omnia introductum in paradiso circa ante peccatum |
Racio autem ad intelligenciam dictorum est hec |
Quia principium nostre reparacionis xpus deus
Verbum Increatum cum sit dei virtus et sapiencia
et misericordia nostra | Sicut potentissime sic sapientissime
sic clementissime sanat[?] nostrum[?] sanavit[?] in lege
gracie | ut medicus deus per crucis[?] miraculum
noster. quatenum competit statui pro tribus [?] |
Ad perfectam autem curacionem concurrunt
concurrunt hec tria scilicet Expulsio languoris
Introduccio sanitatis | et conservacio introducte
salutis | Ideo congruum[?] erat ad perfectam curacionem
perfecta et ulterius requiritur morbi expulsio |
Et Morbus est septiformis triplex culpa
scilicet Culpa originalis | Mortalis | et Venialis
Et quadruplex penalis scilicet Ignorancia | Malicia
Infirmitas | et concupiscencia | Et unus[?] sanat Celum[?]
quod sanat [?] sicut dicit Ieronimus

Hinc est quod oportet adhiberi contra hec septenarium
medicamentorum ad hunc septiformem morbum
plenarie expellendum scilicet contra originale baptismum contra
mortalem penitentiam contra venialem unctionem extremam
contra ignorantiam ordinem contra maliciam eucharistiam
contra concupiscentiam matrimonium quod eam temperat et
excusat. Rursus cum virtus perfecte curativa
esse non possit sine restitucione integre sanitatis
Et sanitas anime integra consistit in usu
septem virtutum trium scilicet theologicarum et
quatuor cardinalium, hinc est quod ad hunc
usum sanum restituendum instituta oportuit septi-
formia sacramenta. Nam baptismus summe disponit
ad fidem confirmatio ad spem eucharistia
ad caritatem penitencia ad iusticiam unctio extrema
ad perseveranciam que est fortitudinis complementum
et summa. Ordo ad prudenciam matrimonium ad
temperanciam conservandam quam maxime perimit
infirmitas carnis, sed honestas remediat
nupciarum. Postremo cum perfecta curatio
esse non possit sine conservatione salutis introducte
Et salus introducta conservari non possit in
conflictu certaminis nisi in acie ecclesie que est
terribilis ut castrorum acies ordinata, et
hoc quidem fit per septiformis gratie armaturam
hinc est quod necesse est esse septem sacramenta.
Nam ut hec acies sit perfecte et complete
consummata cum consistat ex pugnantibus corruptibilibus,
indiget ordinantibus intrantibus / relevantibus
et renovantibus / intrantibus pugnantibus.
Relevantibus exeuntibus / et renovantibus morientes
Baptismum aut minuentes aut numerum inducentes.

Et sic est Baptismus Aut stantes et sic est Confirmacio
Aut exeuntes et sic extrema unctio. Sacramentum vero
relevans Aut relevat a culpa veniali et sic
Eucaristia Aut a mortali et sic penitencia Sacramentum
aut Renovans. Aut renovat in esse spirituali
et sic Ordo. Cum est administracio sacramenti
Aut in esse naturali et sic Matrimonium Quod
quia renovat in esse nature Ideo prius fuit
Ante omnia introductum licet post morbum
concupiscencie ampliatum Et quia minus sanctificativum
quibusdam sufficientibus sit sacramentum magnum inter-
medicamenta spiritualia ultimo collocatur et locum
sortitur extremum Unde quia Baptismus est
ingredientium Confirmacio pugnancium / Eucaristia
vires resumencium Penitencia resurgencium Extrema unctio
exeuncium Ordo novos milites introducencium
Matrimonium novos milites preparancium Patet
quod hic ordo sufficiencia et ordo medicamentorum
Sacramentalium et armorum

Institucio

De institucione autem Sacramentorum hoc tenendum est
quod Septem Sacramenta tempore legis gracie Christus
instituit tamquam novi testamenti Mediator et
instituit tamquam legislator. Et quia vocavit ad
precipuus legislator. Et quia vocavit ad
promissa eterna / dedit precepta digniora / et
instituit Sacramenta sanctificativa / Instituit
vero ea in verbis et elementis ad evidenciam
significacionis et efficaciam sanctificacionis /
[illegible] sufficienciam veritatis Sed
ita quod ille [illegible] sufficienciam
[illegible] efficaciam instituit / Non propter defectum
sed propter efficaciam [illegible] Instituit autem
aliqua sui [illegible] aptis [illegible] / Instituit autem
aliqua sacramenta Dupliciter / [illegible] scilicet ex eis
predicta Sacramenta confirmando · approbando et consummando. Ut Matrimonium
et penitenciam / Aliqua autem insinuando et initiando ut

Confirmacionem et unccionem communem. Mandauit vero memorando
consummando et in semetipso suscipiendo ut sacramentum
Baptismi Eucaristie et Ordinis. Hec enim tria
et plene statuit et ex parte suscepit /
Racio autem ad istam predictorum hec est. Quia
principium nostre est christus incarnatum verbum sive increatum
quod quia verbum est patris coeternale et consubstanciale
Est verbum summe virtutis summe veritatis et
summe bonitatis Et per hoc et summe auctoritatis
et ideo ipsum est quod nouum testamentum instituit
ipsum inquam est legem dare integram et sufficientem
secundum exigenciam summe virtutis et veritatis ac
bonitatis sue. Racione enim summe bonitatis
promissa posuit beatificancia Racione vero summe
veritatis precepta dedit dirigencia / Racione vero
summe virtutis sacramenta statuit adminiculancia Ut sic
per sacramentalem virtutem reperiatur adimplendi precepta
diligencia et per precepta merita perueniatur ad
promissa eterna faciente hoc verbo eterno christo. Sic ergo
in lege gracie et ipsum est via veritas et vita.
Rursus Cum principium reparatiuum Non solum est primum
increatum verbum sed et incarnatum Incarnatum quidem.
Verbum quoque incarnatum sicud se offert ad no-
ticiam veritatis et carnalibus signis caracteribus
se exhibet ad generis curacionem humani
tamquam plenum gracie et veritatis ad maiorem
euidenciam significandi sacramenta instituit in Elementis
simul et verbis. Ut dum Elementa sensibus et
verba auribus se offerrent / que sunt
duo sensus disciplinae ampliorem euidenciam darent
significacionis expresse. Inde est quod cum verba sanctificent
Elementa ut plenior fiat efficacia curacionis
humane / Unde quando verba alterantur repugnant et

Inpugnant forte gratie virtutem in eis. Ideo
sic instituta sunt ut significarent semper
et ubique. Non autem sufficerent nisi accidentis
digne absque omni fictione. Postmodum [illegible]
Et si obiciatur [illegible] sit fons gratie sacramentalis
aliqua [illegible] [illegible] sacramentalibus fuit ante
incarnacionem aliquis vero non institutum post passionem in [illegible]
quod autem medio modo se habentes hinc est quod
importat sacramenta instituta [illegible]. Una [illegible]
[illegible] necessaria fuit et conpuncta penalis et
sacramentis matrimonialibus. Ideo hec sacramenta non de novo
instituit sed iam a se instituta et [illegible] dictum
quandam de [illegible] confirmavit et consummavit in lege
[illegible] [illegible] penitentiam predicavit et nuptiis interfuit
et legem [illegible] applicavit secundum quod colligitur
ex dictis [illegible] [illegible]. Ante vero passionem
[illegible] non fuit plena passione [illegible] [illegible]
ad confirmacionem et [illegible] Christi publicanum confessionem
nec unctio mentis plenaria ad evolacionem
Ideo hec duo sacramenta scilicet confirmacio et extrema
unctio Christus solus innuit et insinuavit
Confirmacionem manum in parvulis imponendo et per [illegible]
discipulos baptizandos spiritu sancto. Unctionem vero
discipulos ad infirmos mittendo qui infirmos
ungebant oleo sicut dicitur in [illegible] Marci
autem [illegible] et sunt [illegible] et [illegible] ordinarie
et spirituales [illegible]. Ideo Christus hec tria
sacramenta scilicet baptismum eucharistiam et ordinem et
[illegible] [illegible] et clare instituit primo
baptismum suscipiendo [illegible] formam dando et
[illegible] publicando. Ordinem vero dando primo
potestatem ligandi et solvendi peccata [illegible] [illegible]
et potestatem conficiendi sacramentum altaris.

Eucaristiam vero conprendit sub grano frumenti et
conficiendo et dando imminente passione
sacramentum Corporis et sanguinis sui et ideo
hec tria sacramenta per Christum distincte et magis
debuerunt institui. Et in lege veteri multiplicantur
figuraliter tamen per sacramenta specialia Nove legis.
Et tercia legislatoris verbo sunt insinuata.

De dispensacione autem sacramentorum hoc tenendum
est quod proprie dispensacionis sacramentorum
ecclesiasticorum spectat ad solum genus humanum.
In omnibus autem sacramentis dispensandis necessarium
est in dispensante intencio. In aliquibus
circa necessario cum intencione requiritur ordo
sacerdotalis scilicet vel pontificalis. Pontificalis
vero tantum necessarius est dispensacioni confirmacionis
et ordinis. Sacerdotalis vero dispensacioni
Eucaristie penitencie et unccionis extreme. Baptismum
autem et Matrimonium licet ad sacerdotes spectet
tamen hoc propter ordinem sacerdotalem dispensari
decencius maiore in Articulo necessitatis hys autem
consistentibus sacramentis dispensari potest a laicis
et a mulieribus a fidelibus et ab hereticis intra
Ecclesiam et extra. Sed utrumque secundum veritatem et
ad utilitatem. Extra vero non ad utilitatem licet
dispensetur secundum veritatem. Racio autem ad
sufficienciam predictorum hoc est. Quia reparativum
principium nostrum verbum scilicet incarnatum. Quia magister
dei et homo sacramenta instituit, ad salutem hominum
ordinavit, sicut et congruum fuit ut hominibus
dispensarentur per ministerium hominum. Propter similitudinem
conformitatis dispensatoris ad salvatorem Christum
et ad Christum hominis salvandi. Cum enim Christus
Salvator humanum genus salvavit secundum quod.

exigebat equitas iuris dignitas ordinis et
securitas salutis Operatus est deus salutem
nostram modo recto ordinato et certo
hinc est quod sacramentorum horum virtutem exigentium
sancta iniunxit hominibus dispensanda
Primo igitur enim rectitudo iuris exigit
ut opera hominis secundum quod homo non fiunt
participantur et opera hominis ut minister Christi
aliquid referuntur ad Christum et opera hominis ut
minister salutis aliquid referuntur ad salutem vel
in generali vel in speciali et dispensatio sacramentorum
est opus hominis ut rationalis ut minister Christi et ut
minister salutis hinc est quod necesse est quod fiat ex
intentione Et ex intentione qua quis intendit
facere quod facit ecclesia in quo intenditur in generali
intencio predicta quia ipsa ecclesia sicut sacramenta
a Christo accepit sic ad fidelium salutem dispensat
Rursus enim ordo dignitatis exigit ut
maiora maioribus minora minoribus et
media mediocribus committantur Et quia sunt
sacramenta quedam que requirunt excellentiam potestatis seu
dignitatis, ut sacramentum confirmationis et
ordinis Quedam que requirunt indigentiam necessitatis
ut baptismus et matrimonium quorum unum generat alterum
regenerat ad exterminium debitum Quedam autem
media ut eucharistia penitentia et extrema unctio
hinc est quod prima tanquam suprema non possunt dispensari
nisi ab episcopis et pontificibus quorum est de iure gratia
Alia vero tanquam infima possunt a quibuscumque ordinibus
et personis inferioribus maxime in articulo necessitatis
Clerico dico ratione baptismi. Media vero a solis sacerdotibus
qui inter episcopos et inferiores personas sunt quasi in medio
constituti Postremo enim securitas salutis exigit
ut certus sit quod fiat ut in dubium non cadat Et illud est

Cum virtus sit de bonitate et crudelitate dispensacionis
et ideo semper non est virtus de se. Utrum amore
an odio dignus sit, ideo si sacerdotes dispensare
salubriter possent a bonis illis esset virtus de
dispensacione sacerdotis suspicione. Et sic oportet ipsum
timere et malum unum providencie alicuius salutis.
Nulla vero esset subtilitas in quibus generalis
ecclesie utilitatis que maxime consistit in premissis
dispensandi. Et ideo communiter sunt ut sacerdotes
dispensacionem committentes homini non ratione sanctitatis
que variatur secundum voluntatem sed ratione auctoritatis
que ipsum manet quamdiu est de se. Ac per hoc oportet
quod sit extendenda ad bonos et ad malos, ad eos
qui sunt intus et ad eos qui sunt extra ecclesiam.
Unum est, cum propter veritatem fidei et caritatis que
faciunt nos filios ecclesie et membra illius ut
salvari. Ideo si sacerdotes propter recipiunt non ad
salutem recipiunt quibus vera sunt sacramenta sed
utilia possunt fieri si ipsis redeat ad sanctam
matrem ecclesiam unicam Christi sponsam. Cuius
filios ipse Christus sponsus dignos reputavit
hereditate eterna. Unde Aug. l. 4. Donatistis
Ecclesia paradisi comparata indicant nobis posse
quidem baptismum eius homines in foris accipere sed
salutem beatitudinis propter eam neminem vel pape
vel tenere. Flumina eius et flumina de fonte paradisi
sicut proprietatem eorum foris largius manaverunt
nomina quippe commemorantur et per quas terras
fluunt et quod extra paradisum constituta sunt omnibus
notum est nec tamen in Mezopotamia nec in
Egypto quo illa flumina pervenerunt est felicitas
vite que in paradiso commemoratur. Ita fit ut
extra paradisum aqua sit extra paradisum beatitudo tamen

non sit nisi unius paradisi. Sic ergo baptismum sit esse extra
ecclesiam unicam aut beate vite non nisi intra ecclesiam
reperitur que super petram est fundata est que
ligandi atque solvendi claves accepit. Hec est
una que tenet et possidet omnem sponsi sui et
domini potestatem per quam generalem potestatem eciam de
ancillis parere filios potest qui si non superbiant
in sortem hereditatis vocabuntur. Si autem superbiant
foris remanebunt. Magis ergo quia pro ecclesie
honore atque unitate pugnamus non tribuamus
hereticis quicquid apud eos eius agnoscimus
sed eos argumentis doceamus quod ex unitate
habent nature valere ad salutem nisi ad unam
venerint unitatem.

Iteracio

De iteracione autem sacramentorum hoc tenendum est quod sacramenta non iterari
licet quod sit omnibus sacramentis commune et materia et ex eis com[muni]ter
super eandem personam ne fiat contumelia sacramento. Specialiter tamen tria
sunt sacramenta aliquatenus non iteranda scilicet baptismus confirmacio
et ordo. In hiis autem tribus imprimitur triplex
caracter interior qui non deletur. Unde quorum
caracter baptismus retinet fundamentum. Nec alii
caracteres possunt imprimi nisi illo primitus impresso.
Non baptizatus nichil
recipit si quis ordinatur sed totum de novo faciendum
precedentibus effectu. Sed totum de novo faciendum
prima non intelligitur iteratum quod constat non fuisse factum. Prima
est ad superna divinorum [illegible]
Primum nostre reparationis verbum scilicet caracterem
primum nostre [illegible]
licet vere sunt status et proprie et voluntatis
sic nichil agat necessaria nichil incepte nichil
ut curiose. Potissime tamen hec observare debet in
[illegible] sunt operibus. Quinque enim sunt alia per que
reperitur [illegible] sed [illegible] sunt de
[illegible] opera [illegible] inveniuntur per contumelia

quodam modo fit eis qui super eandem materiam et personam
et ex eadem causa decertantur. Quia ergo hoc ostenditur
quod prius dispensatum fuerit inefficacia inepta et
infructuosa. Licet quod exhibebat ipsius reparatum
principium virtus et sapientia et bonitas que sibi
assistit ad operandum virtus in illis et per illa sacramenta
fuerunt. Rursus Respondeo Inter hec sacramenta reparantia
in quibus generaliter est efficacia. Dicunt doctores
ad reparationem humani generis que sunt que tamen intro-
ducta sunt propter remedia morborum quantum sufficit
non solum ad hoc sed ad statuendum discernendum
et ordinandum in ecclesia gerarchicos gradus.
Et morbi possunt variari, expelli et iterum
introduci. Gradus autem ecclesie debent esse
firmi, solidi et ingressi. Inde est quod sacramenta
que respiciunt morbos iterabiles habent
effectus successivos ac per hoc et iterabiles
sunt cause. Sacramenta vero illa que respiciunt gradus
gerarchicos et status fidei determinatos
necesse est quod preter effectus remediantes aliquos
effectus tribuant permanentes ad gradum et
statum ecclesie distinctorum fixam et stabilem.
Et quoniam hoc non potest fieri per data naturalia
vel dona gratuita gratum facientia, necesse
est quod fiat per aliqua signa spiritualia incorporalia
scilicet anime incorporaliter a principio incorporali secundum
conformitatem ad incorporale indelebiliter et
generaliter impressa, que caracteres appellantur.
Et quoniam nunquam delentur, ideo iterari non
possunt nec illa sacramenta in quibus huiusmodi
caracteres imprimuntur.

Postremo autem triplex est status fidei secundum quem habet fieri distinctio in populo christiano in arte ecclesie generatiue scilicet Status fidei genite / Roborate / et Multiplicate / Secundum primum distinctio fidelium ab infidelibus / per secundum fit distinctio fortium ab infirmis / et debilibus / Secundum tertium fit distinctio clericorum a laycis / Sequitur quod illa sacramenta que respiciunt triplicem fidei statum predictum . Caracterem imprimunt per quos indelebiliter impressos se distinguunt / Et per hoc nunquam iterari possunt / Primum quod baptismus respicit statum fidei genite / distinguitur ab infidelibus ut fideles ab Egiptiis / Et Confirmatio respicit statum fidei roborate in quo distinguuntur plures fortes ab infirmis sicut pugiles ab hiis qui ad pugnam non sunt ydonei / Ordo respicit statum multiplicate in quo distinguuntur Clericus a laicis sicut levite ab aliis tribubus Sequitur quod in hiis tribus sacramentis tribus caracteres imprimuntur / Circa racionem distinctionis primo a non primo est prima et radicalis / Sequitur quod caracter baptismalis est fundamentum omnium aliorum caracterum Et ideo illo substracto nichil potest superedificari Et per hoc oportet de novo fieri si aut substituatur alii imprimi possunt Nec unquam iterandi sunt // Ultimum

Nec sacramentum tamen predictum quod hoc imprimunt quo causa aliqua iterantur Et quibus de facto iterantibus pena debet imponi quia tunc contumeliam facit licet alia tamen quam quia possunt sive sine contumelia iterari /

fides genita
roborata
multiplicata

Iam vero Septimo loco restat videre de integritate
universorum sacramentorum circa que cum sint in universo septiformi
primo dicendum de integritate baptismi quod est ianua
aliorum sacramentorum. De integritate igitur baptismi sacramenti
hec tenenda est quod adhuc quod aliquis baptizetur
plene et vere requiritur expressio forme verbalis
a deo institute que est hec Ego te baptizo
in nomine patris et filii et spiritus sancti Amen absque corrupcione
vocabuli et sine interposicione notabili absque
preposteracione ordinis supradicti et sine commutacione
nominis prolati. Requiritur eciam mersio vel
ablucio per elementum aque in toto corpore vel
saltem in digniori parte ita quod expressio et
mersio sint ab uno et eodem et eodem tempore quibus
concurrentibus si non sit fictio in baptizando
datur ei gratia regenerans sanctificans purificans
ab omni culpa. Quod ut efficacius fiat cathecismum
et exorcismum tamquam preparatorium premittatur
tam in parvulis quam in adultis. Ita tamen quod in
adultis requiritur fides propria in parvulis autem sufficit
fides aliena. Racio autem ad intelligenciam predictorum
hec est. Quia cum primum principium nostre reparacionis
verbum scilicet incarnatum tamquam principium perfectissimum et
sufficientissimum principium reparare debeat genus
humanum per medicamenta sacramentorum ita quod nichil
sit in eis superfluum nichil inordinatum nichil
eciam diminutum ita disponere debuit quod sacramentum
baptismi et aliorum reintegraret secundum quod exigebat
sua virtus nostra salus et eciam nostri morbi.
Quoniam ergo virtus nos reparans est virtus tocius trinitatis
quam sancta mater ecclesia credit in animo,

Et consistit in verbo et perficitur in signo sub trina
personarum distinctione et completo ordine et
originem naturalem. Est enim virtus passionis Christi
qui mortuus sepultus fuit et die tercia resurrexit.
Hinc est quod ad hoc expressionem in sacramento quod
unum in substancia corporis primum est et in quo primo et
principaliter hec virtus operatur debuit fieri expressio
trinitatis indistincta specialiter et ordinata nominatione
quod est de forma eius. Licet in hoc primitiva
ecclesia potuit fieri in nomine Christi in quo intelligitur
[illegible] trinitatis debuit tamen fieri specialis
et ordinata nominatio ubi baptizandi cum
trina mersione ad expressionem mortis Christi
et sepulture et resurrectionis post tercia die facte
quod est de congruentia. Et quia sunt operatur
utriusque virtus et in verbo Christi salvatur
utrumque hoc fieri debuit ab uno et eodem et
in eodem hoc spiritualiter conveniendum virtutem in mediatore
nostro [illegible] salus nostra incipiebat
inchoari per regenerationem seu renovationem in esse
gratie conferendus spirituale esse abstergendo immundiciam
effugiendo tenebram et refrigerando concupiscentiam
que vim labefacta omnes homines descendentes
seminaliter ab Adam. Hinc est quod sacramentum primum
quod est regenerativum debuit fieri in elemento
ut habet conformitatem ex naturali reputacione
ad triplicem predictum effectum gratie inchoantis
nostram salutem. Nam ergo aqua sua puritate
mundat ~~[illegible]~~ sua perspicuitate lucis est dilatativa
sua frigiditate refrigerat et maxime communis est
omnibus naturaliter et invenibilis hinc est quod sacramentum regenerationis

Necessario perfecta debuit in elemento aque indifferenter
Nam omnis aqua omni aque est eadem specie
Et cum ne aliquis propter defectum elementi
periculum salutis incurrere posset. Postremo Nunc
Marsilius noster quod quia puer est baptizandus est
Originale peccatum quod animam privat vita
gracie et cum virtutum rectitudine, habilitate
et pronitate quadam eam reddit ad omnem generis
culpe et traducitur aliunde. Et parvulum facit
corruptum et adultum actu corrupisse
redigit enim in dyabolicam servitutem et
in potestatem principis tenebrarum. Hinc est quod
Ad hanc quod per illud peccatum per genera in parvulis
adhibetur remedium medicamentum quod consistit
in eo dari gratiam regenerantem contra privacionem
vite gratuite gratiam rectificantem in specie
formam virtutis contra pronitatem virtutis habilitatem
gratiam purificantem ab omni culpa contra pravitatem
ad omnem deordinationem universam. Et quia originale
peccatum trahitur aliunde. Et parvulum facit corruptibilem
et adultum actu corrupisse. Necessaria est
adulto fides propria et pura sed parvulo sufficit
aliena que scilicet est in tota ecclesia. Cum autem
Baptismus debeat eruere de servitute dyaboli
et de potestate principis tenebrarum. Tam parvulos
quam adultos hinc est quod utrumque exorcizari
debent ad expulsionem potestatis. Sive utrumque et
cathetizari. Adulti ut expulsa caligine
erroris informentur ad fidem. Parvuli autem ut
sciant patrini quod eos debeant edocere. Tertio Ne
humanus defectus impediatur baptismi sacramentum quia nunquam
habent finem suum.

Cōfirma:

De sexto Confirmacionis hoc tenendum est
quod ad ipsius integritatem requiritur forma
verbalis que propriorum magis communis est
Signo te signo crucis confirmo te crismate salutis
In nomine patris et filii et spiritus sancti. Requiritur etiam
Crisma quod conficitur ex oleo olivarum et
balsamo de quo crucis per manum episcopi signum
in fronte imprimitur sub predicta forma verborum
Confirmacionis suscipit sacramentum per quod
confirmatur homo ut pugil ad nomen Christi
audacter et publice confitendum. Quantum autem ad
Integram predictorum hoc est / Anima reparatum
primum in nostro verbum fit incarnatum sicut etiam
conceptum est in corde patris et temporaliter in carne
sensibiliter apparuit homini Sic neminem reparat
nisi Christum et corde credendo concipiat et creditum
extra confitendo depromat confessione debita
Cum ergo est confessio veridica veritate plena
que non tantum est veritas speculativa verum etiam
practica hec autem aliqua non tantum est adequacio
intellectus sermonis rei verum etiam in qua
totus homo veritati conformatur secundum intelligenciam
racionis complacenciam voluntatis et secundum adherenciam
virtutis ut sic ex toto corde tota anima
et tota mente / sic ex toto corde ponitur confessio
bona et fidelis non ficta Et talis est confessio
integra placida et intrepida Ut sit integra
racione eius de quo est placida racione eius coram
quo intrepida racione eius a quo / habet fieri
illa / Contra ergo ad hoc homo pusillanimis non est
ydoneus nisi per manum superne gracie confirmetur. /

Ideo ad hoc sacramentum confirmacionis fuit divinitus
institutum tamquam mediante sequens baptismum.
Circa vero finis imponit necessitatem hiis que
sunt ad finem. Ideo integritatem hoc habet sacramenti
sedem corporis confessionis predicte et suarum
condicionum circiter videlicet predictarum. Tercio ergo circa
hec confessio debet esse integra et integritas
confessionis non est nisi quedam confirmacio corporis
unum hominem per hominibus eiusdem corporis
filiacio in trinitate patri et filio et cum tangitur
humerist quod in forma verali nec tamen sit confessio
actus confirmandi unum cum corpore signum est
et nominis beatissime trinitatis. Quarto amplius
eciam confessio debet esse planta vite cum
corde quo et fieri habet circa deo et
hominibus et dei nec est plane nisi appetit
lumen intelligencie et vivere consciencie. Nec
proximo nisi appetit odor bone fame et
honeste. Ideo ad horum designacionem in electo
corpore quiescit oleum olivarum quod est
medium balsamus quod est odiferum.
Ut per hoc significetur quod confessio ad quam
hec sacramenta ordinantur et disponunt quicumque
debet habere utrumque conscienciam et intelligencie
lumen sanam odore tamen vite quam fame
Nec veritas aliqua sit sub lingua et
conscienciam vel sub lingua et famam per
quam talis confessio non acceptatur ab homine
nec approbatur a Christo. Postremo eciam
talis confessio debet esse intrepida ut nec
pudore nec timore dimittat quin dicat
veritatem et hoc per sterniones Christi ignominiosam

Mortem xpi in cruce confiteri publice formidat
quos et erubescunt propter horrentem in
complexionem modicam penam et ignominiam passionis
et hinc est pudor et timor potissime apparet
in facie et maxime in fronte. Ideo ad omnem
verecundiam et formidinem propulsandam et manus
plenaria imponitur que confirmet et crux fronti
imprimitur ut non erubescant cum publice
confiteri. Nec formidet propter confessione nominis xpi
si opus fuerit quantamcumque penam et ignominiam
sustinere tamquam verus pugil virtutis ad plenum.
et tamquam strenuus miles ferens in fronte
regis sui signum crucis eius triumphale
vexillum cum quo portas et hostem vincens
penetrare securus. Non enim posset crucis gloriam libere
predicare si crucis penam et ignominiam formidaret
iuxta quod scilicet dicebat Andreas Ego
si crucem expavescerem gloriam crucis minime predicarem

De sacramento Eucharistie hoc tenendum est
quod in sacramento Eucharistie verum xpi corpus
et verus sanguis non tamen [illegible] sed vere et
veraciter continetur sub duplici specie panis et vini
tamquam sub uno non duplici sacramento. Hoc autem est
post consecracionem sacerdotalem que fit in prolacione
verbalis forme. a domino institute super panem
scilicet hoc est corpus meum. Super vinum vero
hic est calix sanguinis mei. quibus verbis cum
intencione conficiendi a sacerdote prolatis
transsubstanciatur utraque Eucharistie species in corpus
et sanguinem Ihesu xpi remanentibus solis accidentibus
in quarum utraque continetur totaliter non circumscriptibiliter
sed sacramentaliter totus xpus. In quibus etiam

Proponitur nobis ut eius Cum Cum digne accipitur
non solum sacramentaliter verum etiam per fidem et caritatem
spiritualiter manducando corpus christi mistico magis
incorporatur et in seipso reficitur et purgatur Cum vero
indigne accedit Judicium sibi manducat et bibit
non diiudicans scilicet corpus christi Sed quantum
ad intelligentiam predictorum hoc est Cum peccatum
nostre reparatum ubi scilicet inveteratum et sufficientissimum
in virtute et capacissimum in effectu Ideo sic
nobis convenit sacramenta secundum quod exigit scriptura
et sufficientia sua tamen sufficientissimum est
Ideo in largiendo medicamenta morborum
et incrementa gratiarum Non tamen instituit sacramenta
quod nos in esse gratie conservaret ut corpus et
gentes augmentarent et roborarent ut
Confirmacio unde quia et gentes
augmentatas contraxit ut sacramentum Eucharistie
Propterea hec tria sacramenta omnibus dantur qui
accedunt ad fidem Cum ergo intermediam nostre
quantum ad esse conventu accedit in unoquoque
fidelium per consummacionem devocionis ad deum
dilectionis ad proximum et delectacionis intra
semetipsum Et deberet compleri per sacrificium
oblacionem dilectione ad proximum per unionem sacre
communionem et delectacionem intra seipsum per
virtutem refectionem hinc est quod peccatum nostre
reparatum illud sacramentum Eucharistie dedit
in sacrificium oblacionis et sacramentum communionis
et viaticum refectionis Cum vero peccatum
nostre reparatum Non tamen est sufficientissimum
unitiva sapientissimum Cum est omnia agere.

ardentem. Ideo se dedit et disposuit nobis sacramentum
caraterum et virtutum complexivum secundum quod competit
tempori gratie revelate statum clare et apertum tali
nostre. Ideo requiritur cum tempus gratie revelate
requiratur quod non iam offerantur oblaciones qualescumque sed
pura placida et plenaria et nulla alia est
talis nisi illa que fuit in cruce oblata scilicet
corporis Christi et sanguinis. Hinc est quod necesse
oportet in hoc sacramento non tantum significative
veraciter realiter corpus Christi tamquam oblacionem
huic tempori debitam contineri. Tertio eciam
ipsi gratie competat quod sacramentum communionis et
dilectionis non tantum sit communionem et dilectionem
significans verum eciam ad illa influens ut
efficiat quod significatur. Et maxime nobis influunt
ad dilectionem mutuam et maxime unit membra
est unitas capitis a quo per unum amorem diffusivum
unitivum et transformativum manat in nos dilectio
mutua. Hinc est quod in hoc sacramento continetur verum
Christi corpus et caro immaculata ut se nobis diffundens
et nos invicem uniens et in se transformans per
ardentissimam caritatem per quam se nobis dedit
se pro nobis obtulit et se nobis reddidit et
nobiscum existit usque ad finem mundi. Per
hoc eciam modo refectio competens statui gratie
est refectio spiritualis communis et salutaris refectio
autem spiritus est verbum vite. Et per hoc refectio
spiritualis. Optima in omnibus est verbum incarnatum
sive caro verbi que cibus est communis et
salutaris. Quia licet sit unum, omnes tamen
salvantur per ipsum. Quia ergo non est dare alium
cibum spiritualem communem et salutiferum nisi ipsum
verum Christi corpus. Hinc est quod necesse est ipsum in

Hoc sacramento videtur esse conveniens congruebat hoc
perfectione sacrificii placativi figuris sacrificii veterum
et veteri referatur quod debeat esse in lege nove
testamenti et gratie revelate et veritatis Christi.
Item sub alia statum vie non competit
Christum aperte videri propter velamen cuiusmodi
et propter meritum fidei Nec convenit Christi carnem
dentibus atteri et propter horrorem crudelitatis
et immortalitatem ipsius corporis ideo decuit sub
corporis et sanguinis Christi tradere velatum sacratissimis
symbolis et similitudinibus congruis et expressis.
Et quoniam nichil magis est ydoneum ad reficiendum
quam rebus panis et potus unum nichil etiam magis
ydoneum unitatis corporis Christi veri et mistici
quam panis factus de mundissimis granis et vinum
expressum de purissimis acinis in unum collectis
ideo sub hiis speciebus magis quam sub aliis
debuit sacramentum illud exhiberi. Et quia
Christus sub illis speciebus esse debebat non secundum
mutationem factam in ipso sed potius in eis ideo
ad placationem duplicis verbi predicti in quo
insinuatur existentia Christi sub speciebus illis
fit conversio substantie utriusque in corpus et sanguinem
remanentibus solis accidentibus tamquam signis
ipsius corporis continentibus et eum exprimentibus
Et quia vero corpus beatum et gloriosum non potest
dividi nec in partibus suis nec separari ab
anima nec a divinitate suum ideo sub
utraque specie est unus Christus et totus videlicet
scilicet corpus anima et deus. Et propter hoc
utrobique est unum et simplicissimum sacramentum
quia continens totum Christum.

Et quia quelibet pars speciei sic corpus christi habet quia totum sic est in tota specie quod in qualibet eius parte sive sit integra sive divisa. Ac per hoc non est ibi ut in supposito ut occupans locum ut habeat situm ut perceptibile per aliquem sensum corporeum et humanum sed omnem latens sensum ut fides habeat locum et meritum propter quod causa ut non deprehendatur accidentia illa hic omnino separata quia habent causam per se licet sint preter subiectum quandam inter se continent christi corporis quamdiu quando est quamdiu durant in suis proprietatibus naturalibus et sunt idonee ad cibandum.

Postremo dicitur capacitas nostra ad christum confirmatur suscipiendum non est a carne sed in spiritu non in ventre sed in mente et mens christum non attingit nisi per cognitionem et amorem perfectum et caritatem. Item quia fides christi ad cognitionem et caritas inflamat ad devotionem. Ideo ad hoc quod aliquis digne accedat oportet spiritualiter commedat ut sic per ~~cognitionem~~ recordationem fidei instruat per devotionem amoris suscipiat per quam non nisi suscipiet christum sed ipse panis trahitur in eius misticum corpus propter quod manifeste colligitur quod qui tepide indevote et insipienter accedit indigne plus manducat et bibit quam tanto sacramento conveniens fuerit. Et ideo exemplum est ydeo quando se senciunt minus idoneos vel indevotos ut differant quousque parati ad sumendum verum agnum mundi devoti et inspecti accedant propter quod causa.

Hoc sacrum preciosum preciosum est celebrari cum
solempni reverencia tam quantum ad locum quam eciam quantum
ad tempus et quantum ad verba et ornatus et quantum
ad vestimenta in celebracione necessaria Ut tam
ipsi producti conficientes quam eciam suscipientes
percipiant gratiam Domini per quam purgentur illuminentur
perficiantur reficiantur confortentur et in ipsum
Christum per expressivum amorem ardentissime
transformentur.

De sacramento penitencie hec tenendum est quod
Ipsa est secunda tabula post naufragium
ad quam naufragantes per mortale
crimen
peccati recurrere potest quidem est in statu pristino
vite quociens et quandocumque divine clemenciam
voluit implorare. Tres species autem eius
integrales sunt Contricio in animo
Confessio in verbo et Satisfactio in facto
Ex quibus tribus partibus integratur et perficitur omnis
mortalem culpam penitentiam et facto deserit
et verbo accusat et animo detestatur proponens
numquam iterare peccatum Has autem debite
concurrentibus cum absolucione facta ab eo in
quo est ordo clavium et iurisdiccio
absolvitur homo a peccato et redditur ecclesie et
reconciliatur Christo Mediante Clave sacerdotali
Per tamen eciam iudicium non tamen habet fieri
absolucio Quantum Excommunicatio et relaxacio
que fit habet fieri ab Episcopo tamen ab ecclesie
sponso Extrema unccio ad sacramentum pertinet
hec est Extrema unccio nostra Reparacio
verbum sacramentum Corpus et verbum

168
84

Fons est veritatis et sapientie eo ipso quod innocenti
est fons pietatis et indulgentie. Videmus
quod vulnerati reparari per medicamentum sanitatis
et precipue contra precipuum morbum qui sicut est
mortale peccatum iuxta quod dicit apostolus potissimum
primum peccatum. Medicum et iudicem caperunt
ut sic in curatione nostra apparent ubi
invenitur summa clementia prudentia et summa
iustitia. Primo igitur cum in curatione nostra Clementia
a mortali culpa primo apparere debet ipsius
Christi pontificis pijssimi summa clementia. Et summa
pontificis clementia correspondet cum quantum
peccatum quodlibet et quantumcumque et quotiescumque fuerit
perpetratum. Innuit quod peccator sustinere ad
veniam est ipsius pontificis clementissimi non semel
vel bis sed quotienscumque supplicaverit impetrabit
quod decet inspicere primo clementiam. Et ad hoc ut
converterentur homines quando est in statu peccati pote
quam venialibus in bonum et in malum. Innuit
quod quantumcumque et quantumque et quotienscumque peccator
premunt ad primo prius peccatum ut habeat refugium
per quod plene fiat remissio peccatorum.
Secundo cum in curatione nostra debet Prudentia
manifestari ipsius Christi medici peritissimi summa
prudentia et prudentia medici est in adhibendo
remedia contraria ut que ad modum morbus
auferat et contraria prodest contraria. Et cum
peccatur in duo delectatione quod peccatum et peccatorem
sunt cogitatione ore et opere. Innuit quod
prudentissimus medicus instituit ut contra peccatorum
peccatores secundum triplicem partem scilicet affectuum

Interpretatur et operacionem que fit per delectacionem vel
complacenciam voluntatis. Et reformacio penitentis
secundum triplicem viam predictam per doloris penam
conceptam in corde, per confessionem expressam in
ore, per confessionem consummatam in opere per satisfaccionem.
Et quia omnia peccata mortalia ab uno deo
avertunt et uni creature convertunt et per hunc vero eum
rectitudinem hominis perimunt. Hinc est quod ad hanc
per penitenciam medicamentum sit sufficiens quod suis
partibus integratur. Necesse est quod penitens habeat
de omnibus peccatis et quantum ad preterita de
preteritis per displicenciam dum peccavit et quantum
ad presens per confessionem de peccatis et quantum
ad futurum de per propositum numquam recidivandi
vel in idem vel in aliud genus peccati. Ut sic
totaliter recedendo a culpa per penam divina
gratia recuperet et quam obtinuerit veniam
omnium peccatorum. Postremo etiam in

Iusticia

incarnacione nostra manifestavit dedit
ipsum Christum iudicibus vera iusticia et ipsum in
persona propria non est iudicaturus ante iudicium
ultimum et finale. Ideo ad particularia iudicia
ante finem iudices debuit constituere.
Et quia iudices isti esse inter deum offensum
et hominem offendentem sicut quidam intermedii
ut domini Christo et proximi populo. Ideo a
illo proprie sunt proximi et familiares tale officium
committitur cum ipso proprio nostro constituti scilicet
sacerdotes. Ideo quibus in productum sacerdotalis
~~officii~~ ordine constitutis et solis datur potestas
duplicis clavis scilicet clavis scientie ad discernendum
et clavis que est potestas ligandi et solvendi
ad dividendum et ablacionis veniam impendendi

Quia vero propter confusionem vitandam Deo
quibus cuius est prelatus in Ecclesia militante
Cum ipsa gerarchia Ecclesie debeant esse
secundum potestatem iudiciariam ordinata Ideo
hec potestas ligandi et solvendi concessa est primo
uni et summo sacerdoti cui collata est tamquam
summo capiti potestas plenitudo. Et deinde secundum
prelacionis ecclesiasticas gradus in petros Ita quod
primo in episcopos et deinde in presbiteros descendit
a capite uno. Ideo licet quilibet sacerdos
habeant ordinem et clavem in ordine tamen
usus clavis tamen se extendit cum sibi
ordinarie sit subiectus. Nisi sibi ab eo qui
habet iurisdictionem ordinariam committatur
Cum vero illa iurisdictio prima sit in capite
summo et deinde in episcopo et postremo in sacerdote
curato. Ita quod a quibus horum committitur
alicui sufficeret quod ab infimo magis a
medio et maxime a supremo. Et quia in
potestate summo et etiam in episcopis est huiusmodi iurisdictio
non tamen ad iudicandum utrum deum et hominem in occulto
verum etiam in aperto tamquam in illis quibus commissum
est Ecclesie regimen ad custodiendum sicut sponso
committitur sponsa. Inde est quod solum habent plenam
quo possunt pro causa ad iuris defensionem in contro-
versiam et potestatem ~~legandi~~ largiendi
donum thezauri ex ~~meritorum~~ meritorum Ecclesie
quos habent repositos et commendatos tam
a capite quam a membris et hoc in relaxacione
ut sit tamquam veri iudices ligandi et
solvendi utrique suspendant potestatem per quam
inexcommunicatis feriant et compescant rebelles. Et
rebelliones absolvant et reconcilient deo et sancte
matri Ecclesie veraciter penitentes. .

Interpretatiuum et expiatiuum que fit per delectationis
complacentiam voluntatem oportet reformatio penitentis
secundum triplicem eorum predictam per doloris penam
conceptam in corde. per confusionem expressam in
ore per confessionem consummatam in opere per satisfactionem
Et quia omnia peccata mortalia ab uno deo
auertunt et uni creature opponuntur et penitentia per eum
rectitudinem hominis restituit. Hinc est quod ad hoc
quod penitentie medicamentum sit sufficiens quod suis
partibus integretur. Necesse est quod penitens habeat
de omnibus peccatis et quantum ad preterita de
preteritis per displicentiam cum retinetis et quantum
ad presens per cessacionem de perpetrandis et quantum
ad futurum de per propositum nunquam recidiuandi
vel in idem vel in aliud genus peccati. Ut per
tollere recidendo a culpa per penam diuina
gratia preparatur per quam obtinetur venia
omnium peccatorum. Postremo. Etiam in

Justicia

curacione nostra manifestam debet
ipsum Christi iudicis recta iusticia et ipsum in
presencia ipsa non est iudicare ante iudicium
vltimum et finale. Ideo ad presbiteri iudicia
ante finem iudicis debet consistere.
Et quia iudices isti esse inter deum offensum
et hominem offendentem sunt quidam intermedii
ut proximi deo et proximi populo. deo autem
ille proximi sunt proximi et familiares qui eius officium
qui sunt eius proprio ministerio constituti s.
sacerdotes. Ideo quibus in suscepcione
~~officii~~ ordinis constitutis et solis datur potestas
duplicis clauis s. clauis scientie ad discernendum
et clauis que est potestas ligandi et soluendi
ad diiudicandum et ablationis virtutem impediendi

Cum uero propter confusionem uitandam deo
quilibet cuiuslibet est prelatus in ecclesia militante
Cum ipsa gerarchia ecclesiastica debeat esse
secundum potestatem iudiciariam ordinata. Ideo
